





I. N. D. E. D. N. J. C.  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA,

~~6.~~  
23  
18

1692, 1

De  
**CONJUGIO  
PRINCIPUM  
CUM  
SUBDITIS,**

*Quam*  
PRÆSIDE  
SOLO DEO TER OPTIMO MAXIMO,  
Ex

DECRETO & AUTHORITY  
*Magnifici, Excellentissimi, ac Consultissimi*  
**JCTORUM ORDINIS,**  
In Illustri ac Celeberrimâ Augusti Electoris Branden-  
burgici, quæ Duisburgi Clivorum floret,  
UNIVERSITATE,

Pro  
GRADU DOCTORATUS,  
Summis in UTROQUE JURE Honoribus, Privilegiis,  
ac Immunitatibus, more Majorum solenniter  
& ritè capeffendis,

*Publico ac Solemni Eruditorum examini subicit*  
**CLEMENS BERG,**  
SOLINGA-MONTANUS,

*In Auditorio Majori, die Maji, horis consuetis.*

---

DUISBURGI ad RHENUM,  
Apud FRANCONEM SAS, Academ. Typogr.  
Anno M. DC. XCII.



1753  
D I S S E R T A T I O I N A U G U R A L I S  
J U R I D I C A

C O M P U T A T I O  
P R I N C I P I A L I S  
C U M

S O L O P O T E R O T I M O H A V E O

D E C R E T O R A N T I Q U A T A  
I C T O R U M O R D I N I S

E R A D D O C T O R A T U S  
C U M

G L O R I A S B E R G

1753

3





## P R O O E M I U M.

**I**Nitio rerum atque in Orbis recens nati infantia, celeberrimum fuit,  
& apud Poëtas decantatissimum, quod ab auro cognominarunt, seculum,  
quo prisca mortales, ut canit Ovidius Met. I.

- - - - - vindice nullo

Sponte suâ, sine lege fidem, rectumque colebant.  
Pœna metusque aberant, nec verba minantia fixo  
Ære legebantur, nec suplex turba timebat,  
Judicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.

Hoc vero schemate non ineleganter perfectus Hominis Status integer vite  
scelerisque purus depingitur. Exceperunt deinde hoc seculum deterioris ve-  
ne metalla, & tandem denique Ferrea Ætas, omnium scelerum ac vitio-  
rum mater. Statim enim nefanda invaluerunt vitia ac scelera, que conta-  
gionis instar totum genus humanum corruerunt: homo homini lupus erat,  
horrenda sibi invicem inferre studebant facinora, in mutuam advolantes  
perniciem, ex rapto vivebatur, non hospes ab hospite tutus, quam quisq;  
sibi prædam fortuna acquisiverat, tanquam suam persequeretur: nullarum  
rerum certa erat possessio, sed singulis momentis aliorum invasioni expo-  
sita. Quamobrem Statum hunc naturæ Statum belli vocant nonnulli.  
Tandem tot præliis tantisque incommodis & miseriis fatigati Mortales,  
semetipsos, suasque facultates in securitatem asserere laborarunt: nam  
nullius rei studium homini altius insitum à natura, quam studium se con-  
servandi: Et proinde satius sibi esse judicarunt, in Pace agitare, quam  
bello lacefcere se invicem. Cum verò contra illa mala, que ex pravitate  
humanae indolis sibi invicem intentabant, efficacissima non nisi ex homine  
ipso peti poterant remedia, in societatem coiverunt. Quia verò ad obti-  
nendam talem securitatem coitio duorum vel plurium sufficere haud pote-  
rat, requirebatur Multitudo Hominum in mutuam Societatem conspi-  
rans, ut aliis terrori esse possent: *Quam maximè vero animorum & vi-*  
rius

rium unio necessaria erat, nam si unusquisque pro lubitu propriam defensionem suscipere voluisset, nullaque fuisset animorum concordia, sibi invicem impedimento fuissent, quo minus communis utilitas promoveretur. Unio enim hac arctissimum Societatis vinculum, quo dissoluto tota corrumpitur societas humana: Et uti vis unita fortior, ita distracta debilior. Ad promovenda ergo eo melius commoda & incommoda avertenda, singuli actiones suas ad unum eundemque finem direxerunt, omnibus ut una esset voluntas, aliquem eligerunt, qui Summo in omnes gauderet imperio, qui imperaret & judicaret de eo, quod communis postularer salus. Hec breviter est prima Imperii Civilis origo: Nos jam penitus, nexum illum seu vinculum quo Principes & Subditi cohærent, in Dissertatione hac Inaugurali, considerabimus. Sed cepi & suscepi, impar humeris meis onus, quandoquidem Magna (quale certè si quicquam de Principibus argumentum) non nisi Magnos decent. Interim tamen diffiteri nequeo, malle me, cum quid necessario dici debet, de rebus magnis balbutire, quam de minimis & vulgi sensum vix excedentibus radiosâ facundiâ differere. Ne autem videar ad fastum & typhum hoc Themate inclinare, præter operis formam hac in Dissertatione, pauciora à nobis profecta esse, ultro profiteamur, memores illius, quod Civili Prudentia Belgarum Tacitus J. Lipsius in not. ad Polit. lib. I. cap. I. monet, his verbis: Inquit, & cum illo ego. Lapidem & Ligna ab aliis accipio: adificii tamen constructio & forma, tota nostra. Architectus ego sum, sed materiam variè undique conduxim. Nec aranearum sane textus ideò melior, quia ex se fila gignunt: nec noster vilior, quia ex alienis libamus ut apes. Insuper etiam intercedet pro me, ad minimum, Lector Benevole! Si non Tua benignitas, certè materia Majestas; Herculeas verò columnas nequiquam figere, quin potius alacriori Studio ad Themidis apicem contendere animus est. Quod si nihilominus nonnulli dente Theonino, festinantis calami errores rodere, vel finium regundorum actionem adornare, glorie sibi ducant, illis obijcio Justiniani nostri effatum: In nullis penitus errare, Divinum potius quam humanum. Malorum floccifacio judicia, & his displicere boni argumentum est. Rem ipsam igitur aggrediar implorato Dei T. O. M. auxilio, illiusque suffultus Patrocinio, progrediar, cum eodem, (quod ipse largiatur clementissime) feliciter finiturus.

C. B. S. M.

C. B. S. M.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA,

De

CONJUGIO PRINCIPUM  
CUM SUBDITIS.

C A P U T I.

G E N E R A L I A.

§. I.



Um Virtutes Vocabulorum, ne quis in rei  
pertractatione decipiatur, cognoscendæ ve-  
niant, & intellectis verbis eorumque quali-  
tatibus tantò feliciter ipsam rem intelligere,  
& intellectam facilius determinare possi-  
mus, teste Jcto ULPIANO in *l. i. pr. ff. de*

*J. & J. & l. i. ff. de R. C.* Ideo & ego in  
elaboratione hujus Thematici ad exemplum tam Veterum  
quam Recentiorum JureConsultorum à vocum explicatio-  
ne, ne Ignoretur, de quo dicatur, tractationis telam exor-  
diar.

II. *Conjugium* vulgò accipitur pro Societate maris & fœmi-  
næ in communem omnium jurium participationem. *vid. §. i.*  
*l. de Pat. pot.* Nos hic per *Conjugium* intelligimus *vinculum*  
illud quod mediante Inauguratione inter Imperantes & Pa-  
rentes nequitur: Dum nim: in Inaugurationibus Populus seu  
Subditi præstant Homagium Principi, ut eo certiùs ipsi Sub-  
jectio & Obligatio (etiam hoc non præstito debita) constet.

A. 3

Et

Et vice versa Princeps Juramentum præstare solet, tum in  
 temperamentum quoddam metuendi abusus Summæ Pote-  
 statis, tum in præmunimentum nexus publici & securitatem  
 Subditorum, qui inde certiorantur, Leges, Consuetudines  
 & Privilegia sua non interitura. In Imperio nostro Juramen-  
 tum duplex proponitur, alterum ante unctiōem & Corona-  
 tionem; alterum post collationem Clinodiorum & peractam  
 Coronationem. *vid. Cl. D. Vitriarius in Inst. Jur. Publ. lib. 1.  
 tit. 8. §. 2.* Quod verò Vocabulo hoc *Conjugii* uti possimus  
 & benè utamur, ex ipsa Regum confessione probatur. Usus  
 hoc Sereniss. Angliæ Rex JACOBUS I. in Orat. 1. ad Parla-  
 mentum habitâ, *in Oper. fol. 488. Ego Maritus sum, Conjux  
 mea est hac Insula, ego caput, illa corpus.* Pariter ELISABETHA  
 Angliæ Regina cum Conjugii nomine à Parlamento Infe-  
 riori interpellaretur in primis Suis Comitibus: *Ego jam ante,  
 dixit, mihi maritum matrimonio junxi, Regnum scil. Angli-  
 canum. Et ecce, inquit, quod vos oblivisci demiror, marita-  
 lis hujus fœderis & matrimonii mei cum Regno pignus, simulq;  
 digito extento aureum ostendit annulum, quo in Inauguratio-  
 ne se Regno in matrimonium conceptis verbis ritè dederat. vid.  
 Camden. Annal. Elisabeth. ad A. MDCLIX. At in fine vite  
 jussit illum ipsum annulum, quo Regno Inauguratione quasi  
 Connubio conjuncta fuerat, & jam inde nunquam exuerat, è  
 digito exscindi, cum ita carni increvisset, ut detrahi non pos-  
 set. Quod in triste omen arreptum, quasi Connubium illud  
 cum Regno per Annulum contractum dissolvendum portenderit.*  
 Idem Camden. ad An. MDCIII. Et inter alia Clinodia, An-  
 nulus in Inaugurationibus Regum adhibetur, (quemadmo-  
 dum in Sponsalibus annulus pronubus, *der Jaworts- oder  
 Trau-Ring* / datur in Symbolum Conjugalis amoris, *Dn.  
 Müller. Diss. de Annulo Pronubo. th. V. & seq.*) eo potissimum  
 fine, ut (1.) Rex meminerit ejus quasi arrhæ interventu,  
 sibi



sibi desponsatum esse Regnum, cui dicat: Tu mihi solum places: Cui fovendi, defendendi & propagandi conjugali fide sit obstrictus. Et quemadmodum annuli figura rotunda, perfectissima & circularis est: Sic in Imperium suum, tanquam in suam Sponsam honoratissimam & mellitissimam, maritalis fides & amor ardentissimus & perfectissimus sit, nullo desinens tempore. Et (ii.) ut Populum non lateat, suas cum Principe nuptias simul pactas esse, isque pignori sit, & acceptæ fidei commonificat. Hinc Imperatorem ita compellari solitum in Inauguratione legimus: *Accipe Regiæ Dignitatis annulum, & per hunc Catholica fidei cognosce signaculum: Et ut hodiè ordinariis Caput Princepsve Regni & Populi, ita & perseveraberis autor & Stabilitor Christianitatis & Christiane fidei, ut felix in opere cum Rege Regum glorieris per ævum.* Hodiè compellatio hæc fit Germanicè. *Dn. Thulemarius in Octovir. cap. 25. §. 47. Schveder. Introd. in Jus Publ. Part. Spec. Sect. 1. c. 2. §. 34.* Similem ferè compellationem usu venisse accepimus in Coronatione Hodierni Magnæ Britannia Monarchæ WILHELMI III. *vid. Krönungs Actus VVilhelmi III. p. 10. Vitriar. Illustr. p. 268. & seq.*

III. Succedit vox *Principis*. Principem dici à *Principio* quod primus omnium dominetur, quodque præsit, contendit *Calvinus Lex. Jur. voce Princeps*. Alii vero aliis utuntur allusionibus. Varia hujus vocis sunt significata; Nos breviter sequentia notamus; *Principem* antiquis temporibus (i.) in genere denotasse *Primum*; Sic Tac. *Annal. l. 1. Idem dies accepti quondam Imperii Princeps & vite Supremus*. Plaut. *Perfa. l. 1. Princeps in bellum ibit i. e. primus*. (2.) *Præcipuum i. e. primarium*, sic Horat.

*Principibus placuisse viris non ultima laus est.*

(3.) Eodem Titulo ex beneficio Imperatoris gavisi sunt iique in munere aliquo & officiis de republ. optimè meriti, ut sic  
primum

primum locum obtinerent; Unde Princeps officii, & Principatus officiorum, quales sunt Principes agentium in rebus, *tot. tit. C. de Princ. agent. in reb.* (4.) *Auctorem* i. e. qui instituit vel invenit vel suasit aliquid primus. Sic Princeps delicti dicitur Auctor & Inventor *l. 10. ff. de Serv. Corrupti.* (5.) Est *dignitatis* vocabulum, eumque significat qui aliis regendis præest, vel qui Principatum tenet, & quidem (α.) denotat *dignitatem illustrem* omnium in universum, qui Imperio solitario alios regunt. Exemplum hujus signif. habemus in Titulis, quos Magnates tum in Latina tum Germanica Lingua sibi dare solent: **Dem Großmächtigsten / Durchleuchtigsten / Fürsten** N. Et tum demum Regis, Electoris, Ducis Tituli sequi solent. (β.) In Jure Romano Principis appellatione simpliciter posita, non nisi *Imperator Romanus* denotatur. *Tit. ff. de Const. Princ. l. 31. ff. de Legat. §. 6. I. de F. N. G. & C.* sicut & in specie dicitur Princeps Romanus *princ. proæm. Inst.* Primus autem qui *Principis* nomen Imperio adoptavit, Augustus fuit, *qui cuncta discordiis Civilibus fessa, nomine PRINCIPIS sub Imperium accepit. Tacit. Lib. 1. Annal. c. 1. n. 3.* (γ.) In Germaniâ demum in eos translatus *Principis* Titulus, qui propter Insignia merita Provinciis certis regendis præponebantur: Devictis enim à Carolo M. primo è Germanis Imp. Hunnis, Alanis, Saxonibus, aliisque Imperii hostibus, ad conservanda tot Regna & ditiones acquisitas, Imperator Possessiones hæc & nationes in formam Provinciæ redegit ac in Ducatus, Principatus & Marchionatus divisit; Et sic quosdam Veteranorum Militum Duces, quosdam Marchiones, alios Palatii Comites, Burggravios, item Landgravios, nonnullos Comites in certo districtu ordinavit, in præmium exanthlati laboris, ut veluti Judices & Provinciæ Rectores Reipublicæ præessent. Facit & huc *Glossa Speculi Saxon. l. 2. art. 58. pr.* Et hæc Nomina Ducum, Marchionum,

chionum, Landgraviorum & Comitum, quamvis ab initio fuerint tantum nomina officiorum, munerum & administrationis, nec ad Successores extenderentur, sed temporalia magis & revocabilia essent, *Myler. ab Ehrenbach. de Princip. & Stat. Imp. c. IX. n. 9.* Tamen postea sub Ottone I. Imper. dicto Magno, hæ dignitates perpetuæ ac Patrimoniales effectæ sunt, quæ & in eadem qualitate hucusque adhuc perdurant. *Goldast. in Polit. Imper. Mylerus ab Ehrenbach. d. l. n. 10. & in Archol. Princ. c. 7. & seq.* Germanis verbum Fürst / dicitur à verbo fürstehen / quasi *der anderen fürstehet. Besold. Thes. Pract.* voce Fürst. Secundum Limnæum & alios à *führen* / quod Principes alios ducant, vel ab adjectivo *forderist* / quasi qui ordine primus, & quod primo loco ponatur, *der forderste oder fürnehmste. Vid. Plur.* non nisi cum reverentia mihi nominandum *Magnif. Dn. D. Becmanum, Patronum ac Professore meum multis nominibus devenerandum, Notit. Dignit. Illust. Dis. IIX. cap. 1. §. 3. Schwveder. Introduct. Fur. Publ. part. spec. sect. 2. c. 7. §. 8.* Ad scopum ut revertamur, & in viam ut redeamus, ad præsentem rerum faciem me confero; & PRINCIPUM appellatione quoscunque Imperantes sive Regio sive alio Titulo gaudentes, quique habent τὸ κρείον in republ. comprehendo.

IV. Objecta Majestatis sunt *Res ac Persona* republica comprehensæ. Et res iterum *Sacræ* vel *Profanæ*, seu humani juris. *Sacræ* sunt quæ ritè per Pontificem seu Principem Deo Consecratæ, prout Imp. loquitur §. 8. I. *de Rer. Div.* Secundam ergò partem objecti Majestatis Subditi constituunt: In Republ. enim unumquemque vel Imperare vel Subjici oportet: Imperare autem sola Persona potest, quæ Majestatem gerit. Cæteri enim omnes *Subditi* sunt i. e. Personæ Imperium Publicum suscipientes. *Magnif. Dn. Becman. Consp. Polit. c. 23.* Homines enim quia juri suo ipsi prosequendo, aut

B

injuriis

injuriis aliorum repellendis non erant, sese reipubl. curæ commiserunt ejusque voluntati subjecerunt; qui enim sibi ipsi sufficiens seu par non est, ab aliis meritò dependet. *Conf. Grot. de J. B. & P. c. VIII. §. III. Excell. Dn. Thomafius Instit. Jurisprud. Divin. Lib. III. c. VI. §. 12. seq. & præfat. nostra.* Et sic ipsa Majestas causam propinquam eandem cum reipubl. agnoscit, ex axiomatico vulgari Scholasticorum: causam causæ etiam esse causam causati. Divinæ verò providentiæ aliquid hic etiam tribuendum: Non tantum qua prima & universalis rerum causa est; Hoc enim Majestati cum minimis quibusque commune: sed etiam quoad peculiariora effecta hic conspicua. Nam licet humana voluntas Majestatem introduxerit, ut tamen talis, non alia persona, vel talis forma regiminis existat, adnutum solius Divinæ Majestatis & Providentiæ pertinet, & inter ea reponendum quæ *Reservata Dei* appellare amabat *Dn. Profefs. Becman.* Deus enim ipse loquitur *Proverb. II. vers. 15. Per me Reges regnant, & Legum Conditores justa decernunt, per me Principes imperant.* Et cum Israëlitæ Regem desiderabant, annuit Deus illorum desideriis: *Cras hac hora, inquit ad Samuelem, mittam ad Te virum de Terra Benjamin, & unguet eum ut sit Dux Populi* 1 Sam. IX. vs. 16. Item ad Davidem 2 Sam. XII. vs. 7. 8. *Ego Te unxi ut esses Rex super Israëlem, & erui te de manu Saulis, dedique tibi Domum Domini tui, & uxores Domini in sinum tuum: Præterea tradidi tibi domum Israëlis & Juda, & si parum, traditurus tibi eram talia & talia.* Confer. *Max. Rever. & Excell. Dn. Hulsius, Patronus omni honoris cultu devenerandus, in System. Theol. de Molit. oper. ac Sabbath. Dei. c. XV. §. 9. Grot. de J. B. & P. lib. I. c. IV. §. 1. Non fiunt Summi Principes, sed facti cælitus demittuntur.* Cardin. Aldobr. *Apophthegm. L. I. c. III.* Si enim Principes sunt Vicarii Dei, à Principali suo non tantum dependent, sed etiam consultiuntur.

tur. Clarius hæc percipi possunt ex Corollario II. *Disputat.* quam sub Præsidio *Prælaud. Celeberr. Dn. Becman. de Securitate Doctrina Reform. Relig. de Magistr. Politico*, in illustri Viadrina, Anno 1691. d. 6. Maji publicè ventilavi; adjecto, cujus verba ita se habent: Itaque nec putamus de immedieta- te causalitatis Summarum Potestatum quenquam clarius locutum fuisse, quam Autores *Apologiæ A. Confess. ad Art. IIX. fin.* Ut hæc rerum natura, hi siderum motus, verè sunt ordinatio Dei; ita Legitimæ Politia verè sunt ordinatio Dei: & retinentur ac defenduntur à Deo adversus Diabolum. Ita enim verè quod res est indicant: Deum efficientem causam omnium Magistratum non tantum in genere, sed singulorum in individuo, omnium quoque modorum eorundem esse; sed Externam: Internâ interim causâ in ratiociniis necessitatum & Commodorum Humanorum eaque secuto hominum consensu remanente. Sic Deus est causa immediata viroris in gramine non in genere sed cujuslibet in individuo; Et tamen idem viror in ipso gramine causam suam formalem & internam habet. Confer. etiam *Coroll. I. it. c. I. §. XII. & Dn. Becman. Dissert. de Divin. Vicar. Princip. cap. III. §. I.*

V. Ex dictis §. præc. igitur & hoc fluit, Summam in Re- publ. Potestatem duorum generum jura habere; quædam quæ ipsi comperunt *vi Suprematus sui inter homines*; quædam quia *Dei Vicarius & Divinum Imperium in homines representat.* Priora fluunt ex translatione, communicatione & unione jurium, versanturque in iis, quæ homines pro arbitrio disponere possunt, qualia *sus Dignitatum, Moneta, Fæderum, Commerciorum &c.* Hæc enim & omnia similia jura, quibus ad se suaque inter homines conservanda, augenda, tuenda indigent, transtulerunt, & quidem *privativè* nulla juris parte retenta. *Grot. lib. I. c. 3. §. 8.* alias enim securitati Imperantium satis cautum vel prospectum non esset. Nunquam

quam etiam sufficientia Status Publici sibi constat, si singuli retinent, quod sibi sufficere possint. Unde hanc Potestatis suæ translationem in alium, *Perfectam* dicit *Subjectionem*. *Grot. lib. 2. c. 5. §. 31.* Et quidem *irrevocabiliter* subditi transtulerunt, ad eum modum, quo omnia pacta perfecta etiam inter privatos se habent, uti idem *Grot. loquitur lib. 1. c. 3. §. 9. & c. 4. §. 4.* Paucis, talis fuit translatio jurium, qualis olim à Romanis facta legitur in *Celebri illa Lege Regia Romanorum*, qua Potestatem exercitus scribendi, pecuniæ conficiendæ, belli suscipiendi, pacem faciendi, Peregrinis & Urbanis rebus perpetua & omnia valente Potestate Imperandi, Populus Imperatori tradidit. *Vid. Dion. Cass. lib. LIII.* Ut universorum ac singulorum jura conservarentur, auferrentur ac defenderentur. De causa hujus differit *Pomponius l. 2. §. 11. ff. de Orig. Jur. l. 1. §. sed & hoc. 7. C. de vet. jur. enacl. junct. §. 6. Inst. de F. N. G. & C. & l. 1. ff. de Const. Princ. l. 3. C. de Test. & quemadm. cond. l. un. C. §. 14. de Caduc. toll. Tacitus Annal. lib. 1. 9.* Posteriora ex Vicariatu Divino manant, & circa ea occupantur, quæ Populi arbitrio subjecta non sunt, adeoque ad omnia illa, ad quæ homines vel jus non habent, vel ad quæ nolentes etiam cogi possunt, se extendunt. Patetque Summam Potestatem aggregatum ex humanis & divinis juribus esse, qua de causa, in Sacris quoque *Humana* pariter ac *Divina Ordinatio* dicitur. *1 Petr. 2. vers. 13. Rom. 13. vers. 2. Prelaud. Dn. Becman. dict. diss. c. III. §. 3. & Exc. Dn. Hulsius all. loc. §. 9.*

VI. *Subditorum* E. nomine, intelligimus *corpus parentium*, verbo *Populum*: (quamvis enim vox *Subditorum* minus Latina sit hoc sensu, qui melius dicerentur *Subjecti*, quia tamen hæc vox vulgari usu, apud Politicos jam diu recepta est, ideò & nos illam repudiare nolimus,) non tamen colluviem ac fecem plebis, aut factionem conspiratione turbulentorum

lentorum validam & sibi quærentem, quod in aliò accusat: non homines obæratos, egentes, scurras, operas, Bagaudas, quorum noverca est Patria, rapientes rempubl. ut deripiant: Sed bonos in Populo, multo majorem & sincerio rempubl. partem omnium ordinum, Principes optimatum & plebis, integro statu, fortuna, & moribus probatos, quorum interest Rempubl. salvam esse: ita explicante *Gronovio not. in Grot. lib. I. c. III. §. 8. n. 1. in fin. cum var. not. cura Dn. Becmani nuper edit.* Cum his itaque Conjugium Princeps celebrat, hos sibi mediante Inauguratione desponsat, hos fide maritali prosequitur, hos amat amore perfectissimo, ardentissimo, nullo desinente tempore. Conjugium E. hoc inter Principes & Subditos hoc intercedens, quomodo contrahatur, quæ jura & officia inde tam in Principem quam Subditos redundent, quomodo denique dissolvatur, breviter & pro ingenii paupertate videbimus.

C A P U T II.

QUOMODO CONJUGIUM HOC  
CONTRAHATUR.

§. I.

**O**Rdo rei jam exigit, ut videamus plenius nexum Conjugalem, quo Imperantes & Subditi non tantum arctissime, sed & libentissime sibi invicem sunt devincti, & quomodo contrahatur. Contrahitur verò *mutuo consensu.* *Boxhorn. Inst. Polit. Lib. I. c. 3. §. 15. 16. seq. & ibid. Diss. Hornii ad th. 15.* Quemadmodum enim *Conjuges* oportet consentire, quia conjugium est societas, & sic sine consensu consistere nequit; ita etiam in *Vinculo hoc Conjugali* inter Principes & Subditos contrahendo s. necendo, utriusque consensum re-

B 3

quiri,

quiri, nullus dubitet. *Consensus enim utriusque & Pactum*, est causa proxima ex qua Conjugium hoc fuit. Posita enim in uno, submissione; & in altero, Submissionis acceptatione, statim hinc matrimonium hoc nascitur, & consequens hujus matrimonii Imperium, *de quo Cap. seq. hinc Liv. L. II. c. LIX. Imperii vis omnis in consensu obedientium est. Quemadmodum enim per Pacta jus ad rem nostram; ita & per submissionem jus circa libertatem viresque nostras disponendi in alterum transferri potest. Qui enim v. g. ultrò sese in servitutem mihi tradit, revera etiam Potestatem in me confert. Dn. de Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. Lib. VIII. cap. II. §. 7. 8.*

II. Quamvis itaque omnes Imperantes, ut Imperium ipsorum fiat Legitimum, consensu Populi opus habeant; Is tamen *diverso modo* elicitur: Si qui enim ultroneo populi consensu sceptris admoventur, id vel *Electiōni* vel *Successioni* tribui debet. Et in *Electivis* populus jura sua transfert in *Personam*, in *Successivis* verò in *Familiam*. Et hæc dicuntur *Hereditaria Regna* in discrimen ab *Electivis*; & in hereditate propriè non sunt, nec *Successio hereditaria* locum habet, sed *Linealis*. Et Regnum Liberi accipiunt non à *Parentibus* sed *per Parentes*. Nec succedunt *jure Filiationis*, verum *jure primatus in familia*. Nec liberi succedentes repræsentant *Parentes*, sed *familiam*. Hinc *nec Primogeniti Regii à Regio Parente exheredari possunt*: nec ipsis præjudicat, si *Regnum abdicet*, quia est actus *Personalis*. *Nec Reges testari possunt de Regnis*, quia est species alienationis. *Nec alienare* quia in Potestate ipsorum non sunt, sed totius familiæ. *Nec cognoscere de successore*, quia repræsentant quidem familiam, sed non ad tam sublimem authoritatem. *Dn. de Pufendorf. de J. N. & G. Lib. VII. c. VII. c. 14. Excell. Dn. Becmani Consp. Doctr. Polit. cap. IX. p. m. 51. & seq. Grot. Lib. II. c. VII. §. 22.*

III- Modus



III. Modus verò alius Consensum illum subditorum in Conjugium hoc elicendi, est *Violentus*, justus tamen, *Occupatio*, nim: talis quæ justam præsupponit invasionis causam, qui dein modus, Consensu Subditorum Pactoque subsequente confirmatur. Ac cum hæc occupatio præsupponat Victorem Potentem, adeoque quævis mala victis inferre valentem, ipsa occupatio efficit, ut consensum victori denegare nequeant. Nam quamvis nemo sit, quin vincere quam vinci lubentius amet: tamen omnis sanæ mentis, ubi vitum se videt, minus malum eliget: neque consensum victori denegabit, per quem internecionem effugere potest. Quatenus Consensus ille extorqueatur, per *vim injustam* & Imperium hoc modo acquiratur, de eo *vid. Dn. de Pufendorf. d. l. c. VII. §. IV. cit. Boxhorn. d. cap. III. §. 5. & in explanat.*

IV. Cum jam ad Imperium Legitimum requiratur Populi consensus, ea occasione huc referemus sequentes Quæstiones, quas in *sequentibus Capit.* non repetemus, quo ob vicinitatem materiæ potuissent referri, cum sequentia Capita fertilitate sua satis gaudeant; Itaque Quæstio ex his fluit decidenda, *an nim: Rex possit alienare Regnum vel partem Regni, quod ultroneo populi consensu ipsi delatum?* Resp. Negando, Nam uti invito Regi Regnum non rectè eripitur, ita nec invito Populo alius Rex potest obtrudi. Neque præsumendum eam fuisse Populi voluntatem, ut alienatio Imperii sui Regi permetteretur. *Rex administratoris partes sustinet, at contra naturam administrationis est, facere ne administrare possis; idque contingeret per alienationem,* inquit *Ziegler. in not. ad Grot. L. 1. c. 3. §. 13. it. de Jur. Majest. L. 1. c. 4. §. 25.* Idem in *Partis alienatione* obtinet, in qua præter consensum Regis, requiritur non solum Populi, sed & partis de qua alienanda agitur, consensus, quia qui in initio in  
Impe-

Imperium tale consensere, aut ultrò post accessere, pacto se invicem devinxerunt, quod uno eodemque Imperio Regi gubernarique velint, quamdiu intra ejusdem Imperii fines habitare visum fuerit. Unde sequitur quemadmodum per tale pactum jus quæsitum habent, ut inviti non possint Imperio alterius subjici, nisi in locum pœnæ: Ita & universis in singulos tale jus vicissim quæsitum ex eodem pacto, ut nemo possit Imperio huic se subducere, huic renunciare, quamdiu intra ejusdem fines degit. *Grot. de Jur. Bell. & Pac. Lib. II. cap. VI. §. IV.*

V. Quod dictum etiam partem alienari, dissensu impediri posse; hanc Exceptionem habet, *nisi summa necessitas hoc exegerit*, ac aliter servari totum non potuerit, quam in alterius ditionem illam partem conferendo. Nam in omnibus ejusmodi conventionibus, excepta videtur *summa necessitas*, quæ facultatem dat salutem suam omni modo quærendi. Unde nemo jure Urbes reprehenderit, qui dum ex omni conatu & pro virili hostibus restiterunt, dedere se demum maluerunt, quam excidium pati. Nam illis qui ab initio in Civitates coiverunt, jam à natura concessa erat Potestas salutem suam quovis modo defendendi, & ut id eò melius in effectum deducere possent, Civitates subierunt. Eum in finem, ut, si Civitas præstanda præstare non possent, vinculo quo obstricti censeantur soluti, ac juri suo pro suo arbitrio consulere possent. Quodsi autem Rex necessitate eò redactus, cum hoste potentiori pacem hac lege de tradenda certa regione inierit, (quæ tamen cessione contradicit,) justum tamen, ut ex eadem suum præsidium deducat, nec impedimento sit, quo minus victor ejus Possessionem consequi possit. Victor autem ex ipsius consensu & data fide, in eandem Legitimum Imperium consequitur. *Dn. Pufendorf. Lib. VIII. cap. v. §. IX.*

VI. Quod

VI. Quod dictum de vetita alienatione Regni, intelligendum de Regnis, quæ ex voluntate Populi aut actu delata, aut delata intelliguntur. Aliter se habet cum Regnis Patrimonialibus, quæ tamen non ut regna, sed ut latifundia quædam Majora considerantur. Et hæc in Patrimonio Principis sunt, quæ verò in Patrimonio alicujus sunt, in dominio ejus esse censentur; quæ autem in dominio alicujus sunt, de illis liberam is habet disponendi facultatem, nisi quid aliud impediatur. *Ziegler. de jur. Majest. dict. c. IV. §. 26.*

VII. Ex dictis quoque sequitur; *Regi non licere citra consensum populi Regnum suum imposterum tanquam feudum ab altero recognoscere, sub onere commissi ex feloniam, aut, ut deficiente masculo, ad seniore illud devolvatur.* Nam hac Legge facta infeudatio, pro alienatione condicionali habetur. *Zieglerus ad Grot. lib. 2. cap. VI. §. 9.* tum demum irritas dicit alienationes Imperiorum, quando vel divisa est Majestas inter unum Populum aut multos, vel quando in melioribus rebus publ. ad communem utilitatem atque usum alienatio facta non est, & neutri populi consensus accessit. Cæterum enim sine dubio minus damnum infertur reipubl. per infeudationem, propter dominii retentionem, quam per omnimodam alienationem. Idem dicendum de *oppignorationibus*, quia pignoris dationem plerumque alienatio sequi solet; & per ipsam oppignorationem à debitore jus quoddam in re propria transit in creditorem, tandemque ad effectum oppignorationis, solutione non secuta, proceditur; ad avertendum E. hoc periculum, & quia Populus Regem sibi constituens, eum vult imperare, non alium, oppignoratio locum non habet. Nec abhorret Capitulatio *Inviertissimi LEOPOLDI art. XII. verb. Ohne wissen zc. nichts heimgeben / verschreiben / verpfänden / versehen. Boecler. ad Grot. lib. 2. c. 6. §. 9.* Quid Juris habeat Princeps, in bonis  
C
sibi

fibi à populo assignatis ad sustinenda Reip. vel Regiæ dignitatis onera, *infra Cap. V.* videbimus.

VIII. Obiter hic & tribus verbis addam, quid Juris? *Si populo devicto, in immensam contumeliam & exitio proximam, in debonestamentum Sancti hujus Conjugalis fœderis, brutum imponatur, Regio honore & ministerio prosequendum, quod factum legimus apud Boeclerum in not. ad Grot. lib. 2. cap. 7. p. 279. 280. seq. à Gunnaro Suecorum Duce Norvvegis, his enim devictis canem imposuit? Resp. cum Boeclero cit. loc. (1.) ad factum, id Gunnari Ducis Suecorum tantum fuisse, non Regis Suecorum, qui tum temporis Ostenius fuit. (2.) Fuit factum in materia sua repugnans, brutum enim per se regere nequit, adeoque reipsa nullum. (3.) Hoc cessisse in humanæ sortis contemptum & injuriam; Imò facinus fuit inauditum, & sævitia verè incredibilis. Nec Obst: Fidem illos dedisse de honorando cane. Respondetur non potest fides restringi in rem divino humanoque jure illicitam, & ad Dei Imperii, humanæque sortis injuriam ac ludibrium tendentem ac pertinentem. Idem ferè dicendum, si Servus vel infime conditionis homo imponatur populo invito, de quo vid. Judicium Boecleri *all. loc. p. 281.* qui putat etiam resistere posse populum, si animo constanti & crebrius fiat, quia hostilis & sævientis animi, in populum, est indicium.*

C A P U T III.

JURA ET OFFICIA EX CONJUGIO HOC IN PRINCIPEM REDUNDANTIA.

§. I.

**E**X Conjugio vulgò celebrato, fuit Imperium Maritale seu Domesticum, se extendens ad res Conjugii & familiaris, marito competens, ob præstantiam sexus virilis. **Quantò vero**

vero illustrius & majus Conjugium hoc inter Principem & Subditos intercedens, tantò etiam illustriores & Majores effectus in genere humano producit; Hoc enim Princeps nanciscitur non Imperium aliquod Maritale & vile, sed *Civile, Summum, absolutum; Summam Potestatem* quæ nullum agnoscit superiorem nisi Deum & Gladium, & ultra quam nihil datur. Quæ & vocatur *Majestas Reipubl.* i. e. Summa ejusdem actuositas, qua omnia agere, jubere & prohibere potest. Alibi & *Suprematus* vocatur, Gallis *la Souveraineté*; vel dicitur vicino nomine *Superioritas Territorialis*, quæ tribuitur Principibus Imperii nostri, unde & in eos Crimen *Læsæ Majestatis* committi quidam statuunt. Et si hanc à Summa Potestate distinguere velimus, eadem tamen effecta juris, quæ Majestas habet, habere dicenda est. *Celeberr. Dn. Becman. Consp. Polit. cap. XIV.*

II. *Imperium* in genere definitio, quod sit *Potestas in alium*. *Potestas* h. e. facultas dirigendi alium. *In alium*, in discrimen à *Libertate*, quæ est *Potestas in se*. Dices, propriè neminem in se habere *Potestatem*, cum nemo sibi imperare, neque se prohibere quisquam possit *l. 51. ff. de recept. arbitr.* nec quis Dominus membrorum suorum sit, *l. 13. ff. ad L. Aquil.* sed sciendum, quatenus quis est sub nullius *Potestate*, sed sui juris, catenus aliquem quodammodo *Potestatem* in se habere dici potest. *Ziegler ad Grot. lib. I. c. 1. §. 5.* Hoc verò nostrum quod sit *Potestas in Subditos*. In *Imperante* verò s. *Principe*, requiritur (1.) *Facultas jubendi*. *Potestas* enim frustra esset, si non possit deduci in actum. Excip. Nisi jus *Imperantis* impeditum, e. g. in *Infantibus*, *Furiosis*, *Captivis*. *Jure enim utendi* hi non gaudent, bene tamen *jure habendi*. *Grot. lib. II. cap. III. §. 6.* (2.) *Autoritas* quæ est opinio perfectionis. Toties enim quis *autoritate* apud nos aliquid pollet, quoties *perfectionem* aliquam ejus concipimus. Et

in Imperante hanc esse necessariam ex eo patet, quia nisi, qui obedire vult, sciret eum cui se submittit, perfectiorem esse, in eo nullum refugium collocasset. *Duae res plurimum roboris animo dant Fides veri & fiducia: nam & creditur admonitioni, & cum creditum est, magnos animus Spiritus concipit, ac fiducia impletur.* Sen. Epist. 94. *Dn. Becman. Medit. Polit. cap. VI. §. VI.* Hinc effectus autoritatis est *Fiducia*: Sic Alexander Magnus tantam fiduciam suis Militibus fecit, ut illo praesente nullius hostis arma, nec inermes timuerint. *Iustin. lib. XII. cap. 16.*

III. Consistit Summum ex Conjugio hoc resultans Imperium praecipue in duobus, tum ut *regat*, tum ut *tueatur rempubl.* *Ziegler. ad Grot. lib. I. cap. III. §. VI.* ad regendam vero remp. quam maxime facit *Potestas ferendarum Legum & Magistratus constituendi*; ad tuendam autem jus armorum praecipue, & haec tria adeo late se exerunt, ut eò reduci possint plurima alia regalia.

IV. Extendit se Imperium non tantum in *Personas*, sed & *Res Subditorum*. Quo ad *Personas* habet *jus in vitam Subditorum*. Idque duplici fine, (1.) *ad avertendum à republ. malum*, (2.) *ad compescenda Subditorum peccata*. Ex Priori id Potestati Principis competit, ut ad defensionem Reipubl. & ad conservanda istius jura, vitam Subditorum dubio Marti, imò si res etiam poscat, extremo periculo exponere possit. Hocque ex eo fundamento, quia Respubl. aliter conservari nequit, ob quam tamen illam inierunt, & ad quam Princeps tenetur. Ex Posteriori causa *Delicti*, habet *jus judiciorum Capitalium*, ad compescenda peccata Subditorum. In Republ. enim non conveniens tantum est, sed & necessarium, ut poenae discernantur à Summo rerum Domino, scilicet illo qui Majestatem habet. In hunc finem enim Imperium accipit, ut *Justitiam administret & fontes puniat*. Sequens  
Dubium

Dubium verò se hic offert: quod poenæ invitis inferantur, vero simile autem non sit, Subditum in transferendo juri suo aliquid Principi contulisse, quod sibi invito postmodum obtruderetur. Nemo enim sibi ipsi censetur malè velle, ita & Resp: non censetur sibi dedisse, quod malo afficiatur: Et deinde nemo jus in vitam propriam habet, tantò minus in alterius; Ac proinde nec jus hujusmodi vel in Rempubl. transferre, vel Princeps ab ea accipere potuit. Unde Ergò jus vitæ & necis Principibus datum? Resp. Hoc sequi quidem ex eo, quod jus conservandi nos ipsos in Rempubl. aut Principem transtulerimus, & simul hujus necessarium consequens, jus unumquemque ab eo quod nostrum est arcendi. Jus puniendi autem ex jure arcendi alios, ab eo quod nostrum fuit, ut quia prohiberi nolit violenter arceatur, aliique à simili facto absterreantur. *Dn. Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. Lib. VIII. c. 3.* Verum tamen in ipso hoc jure arcendi, radium quendam Divini Imperii cum *Dn. Becmano, dissertat. de Divin. Vicar. Princip. cap. 3. §. 5.* agnoscimus: Fluit enim ex Summo Dei in homines Imperio, cujus Principes Vicarii sunt, & illis non competit vi Suprematus illius, quo ab hominibus donati sunt, sed vi juris ac Imperii Divini, in homines sibi à Deo concrediti; Unde & diximus in Principe s. Summa in Republ. Potestate, duorum generum jura concurrere, *cap. 1. §. 4. 5.* Deus enim solum vitam nobis dedit, solusque proinde eam, à nobis repetere & auferre potest. Et illos tantum, quos indignos vita judicat, per Vicarium suum privari curat. Hinc tanquam Dei Minister *gladium gestare* dicitur, h. e. Instrumentum exitii. *Rom. XIII. vs. 4.* Sapiëntissimè hac de re loquitur *Jacobus I. Angliæ Rex* in Orat. ad Parlamenta Angliæ habita An. MDCIX. XII. Cal. Apr. in opp. Reg. fol. 525. *Vide, ait, quam aptè Regi conveniant Divina attributa. Dei est creare, & in nihilum redigere, facere,*

facere, destruere; donare vita, multare morte, omnes judicare, judicari à nemine; Humilia exaltare, & cum visum est alta deprimere: Et ut verbo expediam, anima cum corpore Deo debetur. Similis quoque est Regum Potestas, ut Subditos erigant, & deprimant; vita necisque Domini sunt; Competit iis in omnes subditos, omnibusque in causis, iudicium, ut Deo soli in Reges.

V. In Judiciis vero hisce Capitalibus, delicta duùm generum probè distinguenda: Utrum sint *Natura Capitalia*, an vero ex *Lege*. *Natura Capitalium delictorum natura*, in eo consistit, quod naturam humanam invertant s. evertant. Et in his Principes dispensare non solent. Ex *Lege Capitalium natura* in eo, quod turbent genus humanum. Et in his Princeps impositam pœnam temperare, in ordinariam, in aliam corporis afflictivam vel pecuniariam convertere potest. arg. *L. hodie. 13. ff. de pœn. Myler. ab Ehrenbach. de Princ. & Stat. Imp. p. 2. cap. 50. §. 14. & seq. Celeberr. Dn. Becman. Polit. Parall. c. XV. §. 6. & 7.*

VI. Jus in res s. bona Subditorum ex summo Imperio profluens; in his tribus primariò consistit. (I.) In *Potestate Leges ferendi*, quomodo Subditi bonis suis uti debeant ad salutem Reipubl. (II.) In *Potestate indicendi Tributa*, & denique (III.) In *Exercitio Domini Eminentis*.

VII. Ad primum referendæ *Leges Sumptuariae*, seu quæ modum statuunt sumptibus non necessariis, quibus privatorum Domus, & inde Reipubl. exhauriuntur, Pecuniis ad Exteros translatis, postquam exoticas delicias solent appetere. Et qui hoc modo opes per luxum, & sumptus inanes dissipant, inutiles deinde redduntur ad sumptus in Remp. erogandos. Quales Leges fuerunt in Reipubl. Romanorum; Et in specie *Lex Oppia*, quam C. Oppius Tribunus Plebis tulit, Q. Fabio, T. Sempronio Consulibus in medio ardore Punico Belli:  
ne qua



ne qua mulier plus semi uncia auri haberet: neu vestimento versicolori uteretur: neu juncto vehiculo in urbe oppidove aut propius inde mille passus nisi Sacrorum Publicorum causa, veheretur. Liv. Lib. xxxiv. pr. Plato Lib. VI. de LL. ad nuptias non nisi decem ex propinquis vocari, & à ditissimis supra minam impendi non vult. Item Leges contra aleam latae. vid. tot. tit. ff. & Cod. de aleator. add. Gratianus c. 7. 8. 9. distinct. 86. Huc referendæ etiam leges circa modum donationum, Legatorum, & quibus testandi facultas circumscribitur: aut quibus modus consecrationi rerum ponitur: vid. Exod. 36. vers. 6. 7. item Leges quæ Subditos certum genus rerum possidere vetant. Uti de Indis legitur apud Strabon. Lib. XV. Privato homini Equum & Elephantum alere non licere, utrumque enim Regis possessio censetur.

VIII. (II.) Habet Potestatem indicendi Tributa, quæ intra justum modum imperata & rectè impensa nihil aliud sunt, quam mercedes quam singuli dant Civitati, pro defensione salutis & bonorum suorum, & ad tolerandos, qui ad hanc requiruntur sumptus. Hobbes de Cive. cap. XII. §. 9. Hoc ratio suadet, ait Loccenius de Republ. Apum cap. 7. & usus postulat, & necessitas jubet, ut qui sub umbra pacis ac publicæ quietis tutela degere cupiunt, etiam defensionis ac tranquillitatis publicæ subsidia pro debita portione conferant. Hoc qui probè ponderaverit, fatebitur iniquas sæpè & impudentes esse vulgi quærelas, cui maxima, verè miseriarum suarum causa, videtur tributorum gravitas, prout loquitur Dn. de Pufendorf. lib. VIII. c. V. §. IV. Imò, in univèrsùm sumptus publici certa quantitate includi semper non possunt, ob varios casus, qui non à nobis, sed à vicinis nostris dependent, ad quos dispellendos pecunia opus est. Summi Imperantes verò Sapientissimè & maxima cum prudentiâ, hætenus querulo vulgi ingenio se adtemperare solent, ut quantum fieri potest,

potest, minimo quasi cum sensu & motu tributa colligantur. Solvuntur E. à. Subditis Tributa (1.) in *Recognitionem Superioritatis*, (2.) in *Sublevationem onerum Reipubl.* In Imperio nostro, jus hoc est penes Imperatores & ordines seu Status Imperii. *Illustr. Dn. de Rhetz. Inst. jur. publ. Lib. I. Tit. 4. §. 63. it. Lib. II. Tit. 2. §. 4. Magnif. Dn. Tesmarus J.C. & Antecess. Marpurg. Primar. cujus humanitati me plurimum debere profiteor, elegant. diss. de Cephalet. cap. 2. §. 4. & seq. Myler. de Princ. & Stat. Imp. part. II. cap. 62. Dn. Vitriarius. Inst. jur. publ. Lib. 3. Tit. 18. §. 62. seqq. Schvveder. Jur. Publ. part. Spec. Sect. I. cap. 26. §. 7. seq. it. Sect. II. cap. 15. §. 1. seq.*

IX. Omnibus vero Personis æque indici non possunt; Quidam enim alia ratione fines istos explent, quales sunt Personæ Functionibus Publicis ornatae; Consilarii, Professores &c. alias enim gemino onere premerentur in Reipubl. consulendo Reip: & onera ejus sustinendo. Excipitur tamen casus Summæ necessitatis. *c. 2. de Censur. c. 2. de Immun. Dn. Struv. S. J. C. Ex. 50. th. 63.*

X. Magnitudo ac Multitudo eorum ex necessitatibus Reip. dependet. Unde tempore Belli Majora sunt, quam Pacis tempore, quia tunc Majores necessitates sunt. Unde & in singula Personarum capita quandoque Patrimonii ac quæstus habitâ ratione onus constituitur. De quo *vid. Prælaud. Magnif. Dn. Tesmarus dict. dissert. de Cephalet.* Crebrò vero mutari non expedit Reipubl. quia omnia in incerto collocantur: Posito enim certo modo tributi, secundum hunc etiam rationes suas Subditi instituunt, eodem verò mutato, mutandæ & rationes ipsorum Subditorum, unde confusio.

XI. Itidem Modus Tributa exigendi voluntati Principis relinquendus, in ejus enim arbitrio positum, quem modum tributa colligendi præscribere velit; Semper enim præsumptio

ptio

ptio est, Principem pro republ. & Subditis id velle quod saluberrimum s. optimum est. Princeps enim semper præsumitur talis, qualis esse debet. Et sic Princeps quoque nemini præsumitur injuriam facere: ob eximiam perfectionem. Et si hoc fiat, remedia Humana tamen contra Principum injurias ægrè dantur. *Vid. Grot. lib. I. c. IV. §. III. Indigna, digna habenda sunt, Rex quæ facit, ut ait Sen. æquum ac iniquum Regum Imperium feras.*

XII. (III.) Sequitur *Dominium Eminens* i. e. Potestas Principis in casu necessitatis. Eaque correspondet *Potestati absoluta* Principis, h. e. quæ non *Ordinarios* reip. casus, sed *Extraordinarios* i. e. qui Legum vi dijudicari non possunt, comprehendit. Unde quicquid in necessitate privato licet, idem & licet reipubl. in casu necessitatis; Et quicquid privato non licet in casu necessitatis, nec Principi licet. Sic in Divinis quoque Potentia Dei alia est *Ordinaria*, quæ consuetudo naturæ cursu se exerit; alia *Extraordinaria*, quæ se exerit ubi naturæ vires deficiunt, eaque versatur in Miraculis. Vis autem & natura hujus Domini ex hisce apparebit. Naturalis efflagitat æquitas, ut si ad communem quandam rem conservandam, ab iis qui de eadem participant, conferendum quid sit, singuli suam tantum partem pro rata conferant, ne unus plus oneris quam alius sentiat. Et sic se res habet in republ. Cum verò nonnunquam ea incidant reipubl. tempora, ut vel instans necessitas non admittat, singulas partes à singulis exigere, & tamen res quædam, unius vel paucorum Civium ad usus reipubl. necessarios requiratur, poterit Summum Imperium eam rem publicis necessitatibus adhibere, ita tamen ut quoad ratam partem Dominorum, reliquum à cæteris Civibus sit ipsis refundendum. Ex. gr. potest per *Dominium Eminens* Princeps occupare Jura Privatorum: quia subordinantur reipubl. adeoque fas est inservire

D  
necessita-

necessitatibus ejus. (Quemadmodum privato licet cibum alienum in famis necessitate, sine injuria veri Domini arripere.) Si Urbs munienda, horti, agri, Prætoria privatorum fossis & aggeribus occupari possunt. Tempore obsidionis hostilis, ædes dejicere, & bona dissipare, ut omnium necessitatibus hoc modo consulatur. Item Materia quam ad privatum usum sibi quis comparaverat, adhiberi potest in munienda Civitate. Innocens dedi in obsidione vel deserri potest: Melius enim unum interire, quam totam Civitatem, aut unum illum cum civitate.

XIII. Locum E. saltem habet in *Casu necessitatis*, ideoque & limites à necessitate accipit. Neque requiritur ut necessitas semper sit *Extrema*, sed sufficit *oportunam* esse, sicut in multis casibus necessitatis *Moralis*, suos enim hæc semper habet gradus. *Boecler. ad Grot. lib. I. cap. I. §. VI.* Neque etiam nimium liberalis ejusdem juris facienda est extensio, & quantum fieri potest ad æquitatem idem temperandum. *Liv. lib. XXXI. cap. 13.* Achabus itaque non potuit Nabotho eripere vineam; nulla enim necessitas publica aderat; sed respectus commodi quod Achabus intendebat. Bona etiam Ecclesiastica profanari seu ut loquuntur secularisari in casu necessitatis possunt. Quæ enim publica sunt, eadem publicæ utilitati inservire fas est. Nam Sacra saltem nominantur à fine. Ipsi enim Episcopi sæpe vasa aurea & argentea conflagravit vel vendiderunt ad redimendos captivos. Huc referri posset hodiernus Processus Regis Galliæ inquirendi in vasa aurea & argentea singularum Ecclesiarum, quia videlicet necessitas aliqua publica intercedit.

XIV. Ad *actus* vero *per se malos* minimè extendi potest, hi enim nullo casu necessitatis boni fieri possunt. *Virgines. E. stupro tradere non potest*, quia *actus per se malus*. *Nec Obst.* Minoris momenti esse stuprum Virginis, quam interitus innocentis.

nocentis. §. 12. *b. t. in fin.* Respondemus enim Stuprum Virginis nullo casu licitum esse, at cædes hominum per se nihil meritorum & innocentum, jure belli licita est, ideoque in deditione innocentis, hostis nihil aliud agit, quam quod jure belli alias sibi licitum est.

XV. Cæterum cessante & exspirante necessitate, & hanc Potestatem cessare & exspirare, censendum est. Et Dominium Eminens, Dominium prius non tollit, sed tegit, illudque finita necessitate reviviscit. Itaque desinente hac facienda rerum occupatarum restitutio. Nam qui hoc modo sua publico impenderunt, & perdididerunt, à tota Respubl. quantum fieri potest, iis ea postea restitui, aut compensari, manifestissimæ æquitatis est. Ad modum quo privati ad compensationem rerum privatim occupatarum aut in usus suos conversarum tenentur. Excipiuntur ædes, quæ tempore Belli in suburbiis diruuntur. Harum enim compensatio posci seu exigi nequit; quia norunt se in instabili & defendi haud apto loco, sedem posuisse, conditionemque talem his locis adjunctam esse, de diruendis tempore necessitatis, eamque Conditionem, nihilominus ibidem ædificando, tacito quasi Consensu confirmarunt. Nec locum sibi vindicat compensatio, si omnes eadem necessitas stringat. Publico enim satis est, si neminem sua culpa deteriorem reddi patiatur; Et nunquam illa damnis subditorum ferendis sese obligavit. *Max. Rever. Dn. Becman. Medit. Polit. cap. XXI. §. 8.*

XVI. Dictis jam addenda Quæstio, toties Magno partium litigio agitata: *Utrum Princeps possit aliquem Dominio rei suæ privare?* Alii hoc affirmant, Alii negant, Alii cum, Alii sine distinctione. Nos cum Zieglero *de Jur. Majest. Lib. I. cap. IV. §. XIV.* Respondemus (1.) extra casum dictæ necessitatis & utilitatis publicæ, non licere Principi aliquem dominio rei suæ privare, & propterea nec posse, *l. 15. ff. de Condit.*

dit. *Inst. arg. l. 2. & 7. C. de prec. Imp. offer. l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 4. C. de Emancip.* Princeps enim non publicum tantum, sed & privatum cujusque bonum procurare, non intervertere debet. Nam ubi legitimum quis habet quæsitum Dominium, aut aliud jus, id ne ei auferatur Juris naturalis est, quod & Principem obligat. *Struv. Synt. Fur. Feud. c. V. §. VI. in fin. Sutholt. diss. de Jurisdic. n. 76.* Et (2.) si hoc fecerit, non tamen licere subditis perfractè resistere, aut arma adversus eum arripere, fluit enim hoc ex obligatione Subditorum, de qua *Cap. seq. IV.* dicetur, & ex obedientia Subditorum pravis etiam Principibus debita. Nec (3.) peccat Princeps Dominium rei alicujus, alicui auferens in casu necessitatis vel utilitatis publicæ, ex dicto *Dominio Eminentis.* *Grot. de Fur. Bell. & Pac. lib. 1. c. 1. §. 6. Vinnius ad §. 2. Inst. de his qui sui vel alien. jur. sunt. Lampadius de Republ. Rom. Germ. part. 3. c. 9. n. 5. Dn. de Pufendorf. de F. N. & G. l. 8. c. V. §. 7. Dn. Becman. Medit. Polit. Parall. cap. XXI.* Dissentit hic Ziegler. *all. loc. & in not. ad Grot. lib. 1. cap. 1. §. 6.* & vocabulum *Dominii Eminentis* rejicit; Verum uti super vocabulis litigare supervacuum est, ita particulam Summi Imperii, quæ certo sese modo circa certam rem exerit peculiari nomine insigniri, non præter rationem est. (4.) Resarciendum verò damnum & refundendum pretium, ab iis, ad quos utilitas pervenit. *Æquitas* enim hoc imperat, quæ publicam causam sequitur, ut ne re sua & pretio careat ille, qui profuit omnibus. *Æquissimum* enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consecuti sunt, ut res suas salvas haberent. *l. 1. l. 2. in pr. ad fin. ff. de L. Rhod. de jactu. vid. prolixè de hac questione. Fachin. lib. 8. Controvers. c. 63. Schrader. de Feud. p. 4. cap. 1. n. 30. Rosenthal. de Feud. c. 7. concl. 19. n. 37. 38. Frantz. lib. 3. Resolut. 1. n. 169. & seqq. Bachov. ad Treutler. vol. 1. diss. 1. th. 5.*

*th. s. lit. H. Menoch. de A. 7. 2. lib. 1. quest. 48. Mynsing. lib. 4. obs. 8. & 5. obs. 97. Hottoman. quest. illustr. 1.*

XVII. Vidimus hætenus *Jura* quædam potiora Principum ex Conjugio hoc in ipsos derivata; quibus plura facile addet, cui singulas Summæ Potestatis partes specialius expendere animus est: Sequitur ut *Officia* ex Conjugali hoc fœdere in eos redundantia videamus. Officium enim boni Imperantis est, dictum Imperium hoc exercere cum *Ratione & Moderatione*, in omni enim Imperio quam maximè requiritur rationabilitas; Hinc E. (1.) non nisi *justa* jubere licet Subditis vi hujus Imperii. Injusta enim in nullius Potestate Morali sunt, & obedientia talis crimen foret. (2.) Non quæ *contra conscientiam* sunt, quia talia nec in nostra, multo minus in aliena potestate sunt. Est enim velut conclusio quædam ex factis nostris formata, quæ proinde negari nequit. e. g. Ut sit quis Instrumentum activum cædis suæ, quod factum legimus apud Veteres Romanos, & adhuc fieri apud *Japonos*, qui executionem ipsi in proprio corpore peragunt, cultello acutissimo ventrem secando, data tali reo sententia: *abi ventrem tibi seca*. Peccant verò contra naturalem amorem, quam extinguere non possumus, ob repugnantiam in materia. *Dn. Pufendorf. l. 7. c. 8. §. 5.* (3.) Non *absurda*, evertunt enim dignitatem Hominis, e. g. Si omnes jubeantur nudi incedere. (4.) Non *Ociosa*, quia fine carent. Etsi verò hæc & similia ab Imperante jussa sint, nulla tamen inde resistendi licentia provenit, quia est contra sensum officii nostri. Et salva res Humana mansura non esset si resistendi licentia maneret. *Grot. lib. 1. cap. IV. §. 2. 3.*

XVIII. Ad Exemplum E. Mariti in Subditos Imperium hoc exercere debet; Secus verò si Princeps faciat, ita ut *Subjectio* Subditorum reddatur *Calamitosa* i. e. ultra humanum modum extendatur, emigrare juste possunt, & manere

in Republ. non tenentur. Non obstante, Principi Speciale jus in Subditos esse quæsitum, ideoque Subditis non licere sine consensu Principis recedere, eosque Speciali nexu Reip. obligatos esse, adeoque sine speciali consensu reip. nexui ejus se eximere non posse. Nam Speciale Jus Principi saltem quæsitum intra humanum modum, non ultra exercendum. *Conf. Cap. VI. §. 12.* Huc pertinet quæstio, *An Rex aliquis possit vi summi Imperii jubere orari, pro Regina qua dicitur gravida, sed non est, it: pro partu legitimo, qui talis non est?* Resp. In Conscientia non peccare orantes, si certò non constet de re ipsa, sed omnes excusatum iri. Caterùm neminem cogi posse jussu imperantis, ut Deum fallat, aut præces ludibrio habeat, verum est. Sed quid, *si Sacris Personis hoc injungatur?* Resp. Hos quidem hoc facturos, sed non majori cum animo, quàm si coactè Impio Regi Sacramenta præbent, ab his enim simpliciter repelli nequeunt; quia id reverentiam debitam everteret; nec sine gravissimis Reipubl. vulneribus fieri potest. Admoneri v. ratione Sacri muneris possunt, ne ipsis actus talis noceat; Idque habita ratione dignitatis Regiæ, ut videmus factum à Nathane Davidem super adulterio & occiso Uria privatim monente *2 Sam. 12.* Exemplum Ambrosii, Theodosium Imperatorem ab Ecclesia arcentis in consequentiam trahi non debet. Cum in illo videatur fuisse excessus quidam censuræ Ecclesiasticæ, & in Imperatore ultronea pietas. *Conf. Cap. IV. §. VI. in fin.*

XVIII. Præterea respicit *Officium Principis* vel *Universos* vel *Singulos*. *Universis* hoc debet Princeps, ut salutem totius Reipubl. procuret; Et quidem si absolutus ad judicium proprium, si Legibus quibusdam circumscriptus, pro ut istæ modum Imperii præscribunt. Debet & ipsi curæ esse salus Reipubl. & ipse negotia curare, adversos externos hostes defensionem Reip. assumere, perque executionem Legum; internam



internam tranquillitatem procurare. Animo Pacifico Subditis imperare debet, minimè hostili, qui cum Persona Principis in una sede morari nequit. Qualis etiam à bono imperante non expectatur. *Leges* itidem *Fundamentales* probè debet custodire, nullaque nisi urgente necessitate & consensu Subditorum mutare s. subvertere. Sunt enim hæ quasi Pacta dotalia reipubl. in quæ sicut alias maritus vi Imperii Conjugalis nihil potest, ita nec Rex in hæ vi Summi Imperii. Item modum habendi Imperium non debet immutare. Patrimonium Publicum non debet destruere, graviora pro usu Reip: onera non debet imponere, & quæ sunt alia hujus generis. *Officium* adversus *singulos* in his primariò consistit, ut neminem non nisi meritum ignominia afficiat, nemini mercedem promissam deneget, Contractus initos adimplet, damnum voluntate datum resarciat; Pudicitiam Virginum non expugnet, aliorum thoros non polluat, neminem lædat, perdat, sua nemini eripiat, innocentem vita non privet, & quæ similia: quæ omnia etiam propter eximiam perfectionem imperantes facere non posse creduntur. Nunquam enim Princeps præsumitur malus. Denique etiam *nihil se indignum* committere debet, quia perfectionem hac ratione evertit. Princeps enim est instar actoris in scena, cujus singulos gestus & motus populus undiquaque curiosis oculis observat, observatos in animum demittit, & in imitationem trahit, secundum illud Vulgatum:

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Et Claudian:

- - - - *Neque sic componere sensus*

*Humanos Edicta valent, quam vita Regentis.*

*Principes instar solis sunt, in quo vel minimus nœvus ex longissimo intervallo conspicitur:* Dixit Elisabetha A.R. ad Proceres ap. Camden. ad A. MDLXXXVI. *Nihil etiam indecori vel*  
*abjecti*

*abjecti* committere debet: quia venerationem ipsi debitam tollit. Sic *infra Majestatem* est, quodcunque à Rege in magnis causis privatim agitur. Et hac de causa *Maria Scotorum Regina*, quod scripserat, Commissariis Regiis tradere noluit, cum è *Dignitate Regia non sit*, ut dixit, *Scribæ partes agere. Camden. cit. loc.* Hinc *Imperator Commodus* malè *Gladiatoriam* publicè exercuit, quippe *infra Principem* positam. Et *Nero* perperam ex *Cithara* laudem perpetuam quæsit: quam & proinde *Sueton: Inconsultam Cupidinem æternitatis* jure vocat. De *Alexandro Severo* referunt, illum excellentem fuisse *Musicum*, sed non nisi præsentibus *Nobilibus & Consiliariis* illam exercuisse. More suo i. e. sapientissime officia hæc describit *Sereniss. A. R. Jacobus I. de Jur. Liber. Monarch. p. 88. & 102. Dn. de Pufendorf. de J. N. & G. lib. VII. c. IX. tot. & alia nonnulla apparebunt ex cap. seq.*

C A P U T IV.

JURA ET OFFICIA SUBDITORUM EX CON-  
JUGIO HOC PROVENIENTIA.

§. I.

Sicut in omni Societate humana reciprocus quidam nexus est inter membra sociata, adeò ut dum uni jus suum debetur, alter quoque suum sibi justè tribui poscat; Ita etiam in Conditione Subjectionis publicæ, ejusmodi jura non esse censendum erit, diceturque de iis in specie, Imperium ea non tollere, sed dare. Jus & officium tanquam relata se passim ponunt: Posito enim officio parendi in uno, pars altera jus obsequii sibi vindicat: Posito iterum officio defendendi, alter defensionem exigendi jus habet. Videbimus jam *jura & officia quadam Subditorum*, quæ ipso Titulo, seu quia *Subditi* sunt possident, iisque propria sunt.

II. Finis

II. Finis Conjugii veri Principalior, est *Mutuum adjutorium*, (*Genes. 2. vers. 18. junct. §. vers. adoptio enim, cum §. 9. I. de adopt. Nov. Leon. 26. Excell. Dn. Pagenstecher. Patron. ac Præcept. venerandus. aphor. Just. lib. 1. aphor. 36. edit. noviss.*) ad se suaque jura conservanda; qui & finis potest dici Conjugii Principum cum Subditis; Ideò enim homines in rempubl. concesserunt, ut Principis tanquam Mariti ope sublevarentur. Identificatio quæ in Conjugiis fieri dicitur, hic & locum invenit. Subditi enim sunt membra istius corporis, cujus Princeps Caput est, *Grot. lib. II. c. II. §. II. n. 1.* & tenentur Principi ad præstanda onera pro ratione temporis Majora & Minora. *Uti præc. Cap. 3. §. X. dict. & infra dicitur.* Princeps verò rursus ad defensionem; Imò Subditi habent *jus implorandi opem Principis*, Principis enim illud officium est. In Jure Subditorum ergo comprehenditur, ratione hujus officii sibi satisfieri. Sicut enim Paterfamilias Uxori & Liberis debet defensionem, quantam præstare potest, si à Latronibus opprimantur in Domo sua: sic Princeps Subditis defensionem debet, quo ad illa possibilis est. Subditi à Principe tanquam Marito ex natura Societatis & officii, expectant, exigunt amorem, Conservationem Uxorum, Liberorum, Sustainationem Servorum, & quidem jure suo debita, & tanquam correlata à relatis suis poscunt. *Supplicationes* ergò Subditorum recusare non potest, omnibus enim debet, & omnes à Principe expectant Justitiam. Imperantium enim proprium administrare judicium & justitiam. Hinc paupercula illa non male respondit Philippo Macedoni, præcibus audiendis se difficilem præbenti: *Desine ergo Rex esse.* Philippus dictum Mulieris admiratus, non illam modo, sed & alios statim audivit. Itidem Hadrianus Imp: *cum ei mulier forte occurrisset, in via, ab eoque ut se audiret, contenderet: quanquam primum sibi otium esse negavit, tamen*

E

men

men ubi mulier ita exclamari cœpit, *καὶ μὴ βασιλεῦ*, noli igitur regnare, conversus libenter eam audivit. Dio. Cass. lib. LXIX. Unusquisque enim præstare debet quæ Conditioni suæ congruunt: Indicante hoc ipso nomine officii, dum propriè id denotat, quod unusquisque secundum conditionem suam circumspectè facere debet.

III. Jus hoc implorandi opem Principis in specie sibi locum exigit, in casibus periclitantis reipubl. Legum fundamentalium, aliarumque Legum Regni. Subditi enim quamdiu se præscriptis Legibus & Statui publico conformes gerunt, non tantum benè agunt, sed etiam jus secundum ea vivendi, idemque prosequendi accepisse dicendi sunt, nec inde sine injuria depelli possunt, quia Lex pro illis loquitur: alias nihil certi in republ. ne pro ipso Principe quidem remaneret.

IV. Subditorum jura apparent porro ex his, quod illorum consensus ad alienationem Principatus aut regni est necessarius. Item quod Rex citra consensum Populi, regnum suum imposterum tanquam feudum, sub onere commissi ex feloniam, aut ut deficiente masculino ad seniorem illud devolvatur, cognoscere nequeat. Et quod oppignorari illud non possit, cum hanc alienatio sequi soleat. Quæ supra tradita. Cap. 2. §. 4. & seq.

V. Uxor tenetur obedire marito, & sequi illum Domicilium mutantem, quia pars familiæ maritalis. Sed in Exilium abeuntem stricto jure sequi non tenetur; Ne culpæ Mariti rea videatur, sed ex respectu æqui & boni, iniquum enim videtur amicum, multò magis maritum in calamitate deserere. Sic & ex hoc Vinculo Conjugali fuit *Subditorum Obedientia Simplex*, (h. e. propositum explendi voluntatem alterius) ex sensu officii sine vacillatione præstanda. Quia alias nihil certi in Rep. esset. Debetque hæc esse *Universalis*, i. e. omni loco & tempore præstanda; quod & inculcat Apostolus

lus

lus *1 Petr. II. vers. 12.* dum *perfectam obedientiam* superioribus deberi docet, & servis non tantum modestis & humanis, sed & duris Dominis obedire jubet. Necessse est subjici non solum propter iram, sed & propter conscientiam. *Rom. 13. confer. Grot. lib. I. cap. IV. §. IV. n. 1.*

VI. Ex natura hujus *Officii & Subjectionis*, Princeps (I.) *Summa Veneratione prosequendus*; Honoris enim maxima pars est, agnoscere potentiam alterius, eique nolle displicere. *Nobis inter Leges Multas easque bonas hac optima est regem esse colendum & venerandum, ut Dei sospitantis effigiem. Artaban. Persa apud Plutarch. in Themist.* Tenuior itaque fors Principis contemnenda non est: qualis qualis etiam illa sit, character Principis manet indelebilis. Davidem hoc non lauit, cum ipsi contempnissime à Simeo malediceretur, in-  
 quientem: *Fortassis respiciet Deus ad afflictionem meam, & reddet mihi bonum loco maledictionis hodierna.* Unde (1.) Non licet *de factis ejus disputare*, quia perfectione alios antecellit adeoque corrigi nequit; Nec (2.) *vitia ejus traducere vel dura in eum verba proferre*, non enim culpandi sed ferendi Principes: Repagula enim juris perfringit, qui in eos dicit contra quos nullum jus habet. Hinc rectè Scaliger: *Reverenter habe, quos superi dant superiores, is spuit in se, qui spuit adversus olympum.* Et Virgil.

*Discite justitiam moniti, nec temnite Divos.*

Imò stolidum ac impudens foret, ad quævis vitia Principem velle traducere, vel insurgere, cum neque nos ita accurate officium nostrum erga ipsum faciamus, & in Privatis, Leges leviora soleant dissimulare. Et Jupiter neque Serenus neque pluvius omnibus placet. Modestè proinde locutus Gramondus de Amoribus Henrici IV. Regis Gallix. *Rarò sævit qui amat*, ad tegendum hunc nævum. Fallere hoc axioma quamvis probet Exemplum Davidis, qui ideò sæviit, quia ama-



vit. Vitia privata Magnorum Principum sunt instar macularum in pulchra facie hærentium. *Quomodo sterilitatem aut nimias imbres, cæteraque natura mala, ita luxum & avaritiam Dominantium tolerate, vitia erunt donec homines, sed neque hæc continua, & meliorum interventu pensantur.* Tacit. Lib. IV. Histor. Hoc & conveniens esse cum Sacra Scriptura locus *Eccles. X. vers. ult.* indicat. *Ne quidem in conscientia Tua Regi maledicas, & in penetralibus cubilis tui ne maledicas diviti: quia avis cæli deferet vocem ipsam, & habentes alas annuntiabunt verbum.* Et Jobi XXXIV. v. 18. *An licet dicere Regi Tu es iniquus, & Principibus vos estis Impii.* Deut. XXII. v. 28. *Diis non maledices & Principi in Populo Tuo non maledices.* Maledicta enim hæc, licet vera sint, sine carent, cum nec verificari, nec cum effectu juris probari, nec Princeps eorum convinci possit. Honestè E. semper de eo sentiendum, semperque & ubique venerabilis debet esse Subditis facies & Persona sui Magistratus. Et si Subditis liceret judicare de Principibus, hoc auctoritatem Imperantium imminueret. Nec (3.) à *Sacro ordine ex communicari potest*, subest enim quidem in *Sacris* per modum directionis & consilii & quia verba Dei proponuntur, Rectoribus Ecclesiæ eorumque monitis, at non per modum Jurisdictionis, & quia Minister ita vult & loquitur, qualis est Ministri sub Magistratu subjectio; Unde summa cum reverentia ac submissione & facta potius obtestatione correptio Magistratus est instituenda, prout loquitur *Summus supra laud. Theol. Exc. Dn. Hulsius: dict. System. c. 15. §. 9. add. §. 16. præc. cap. 3. & supr. all. disert. de Magistrat. Polit. c. 1. §. 20.*

VII. (II.) Subditis debet esse *Sancta Persona Principis*, per consequens *Summus amor* ipsis debetur, & jam dicta *Summa Veneratio*, & hinc iterum proveniens *perpetua ipsorum inviolabilitas*, utpote *par Deorum Potentia fastigium emulantium.*

*lantium. Curt. VI. 6. 2.* Summus Amor ipsis tanquam Dei Vicariis ac Proximis à Deo debetur, qui Summe amandus est, adeoque ultra omnes necessitudines privatas. Et quia ultra necessitudines privatas amandi sunt, ultra jus commune quoque sunt inviolabiles. *Resistere E. (1.) Principibus non licet;* quisquis enim resistit, Dei ordinationi resistit *Rom. XIII. vs. 2.* Et Dei Vicario per consequens ipsi Deo. Salva etiam Respubl. humana mansura non esset si resistendi Licentia maneret. Imò Resp. non esset, sed dissociata multitudo. *Vid. latè Grot. lib. I. cap. IV. §. II. III. & Commentatores Grotiani in h. loc. Eund. de Imper. Sum. Pot. circa Sacra c. III. §. 14. Et Theologorum nostrorum Sentent. in all. Diss. nostra. §. 21. 22. Et (2.) ne quidem in atroci injuria, ac (3.) ne in presentissimo quidem discrimine,* Nemo enim insons esse potest, qui manus Regi infert. Quis immissa manu sua in unctum Dei insons esset. ait David. *1 Sam. 26. vs. 9. Hobbes de Cive. cap. XII. §. 1. & seqq. Jacob. Angl. R. de Jur. Lib. Monarch. p. 101. Et quia in salute ejus versatur salus omnium, & quia persona omnibus utilis. Grot. de Jur. Bell. & Pac. l. I. c. II. §. IX. dict. Diss. c. I. §. 22. Et charitas monet, imò imperat interdum, ut meo unius bono, multorum admodum bonum præferam. Vid. Celeber. Dn. Becman. Doctr. Moral. cap. IX. §. XI. Et quantò æquius fuerit modica Principis delicta condonare, cujus cura Civium tranquillitas, fortunarumque & vitæ securitas continetur. Imò sibi ipsi consulit, qui potentiorum injurias mussitat potius, quam qui intempestivis querelis, graviora sibi mala arcessit. Imò uti dictum, adversus Principum injurias remedia Humana ægrè dantur, quia ultra Principem in rebus nihil superest. Elegantissime hac de re loquitur *Boccalinus in Relat. centur. 1. Relat. 88.* dum ait: Oves quoque olim sibi adversus vim injustam remedia desiderasse, ac acutos dentes ac cornua petiisse, sequent: **Ware ein schön-***

ner / grosser ansehnlicher Hammel auß Apulia, welcher das Wort führete / und sagte: Den Schafen wäre nicht unbekant / wie der allmächtige Gott / so alle dinge erschaffen / gegen alle Thiere solche Liebe und trewe bewiesen / daß er derselbigen gebrechen und mangel mit anderen herlichen Gaben und qualitäten reichlich recompensirt und ersetzt habe: Dannenhero bey einer so grossen mänge vielfaltiger heftlicher thiere / keines sich billig zu beklagen hab / daß ihm in der Erschaffung von der Göttlichen Majestät zu kurz geschehen sey: allein bedüncket Sie / daß Er mit den Schafen sich als ein Stieffvater etwas Parteyisch erzeiget habe: dieweil bey ihnen grosse mangel und gebrechen befunden würden / die doch mit keiner andern sonderlichen Gnadengab ersetzt wären / dadurch sie sich / wo nicht beschützen und verthädigen / jedoch gleich anderen Thieren in guter ruh und friede ihr leben zubringen möchten &c. die arme Schafe allein seyn die allerunverständigste thumste Thiere / die weder hertz noch muht haben / auch nicht laufen / viel weniger beißen können / wodurch sich doch viel andere Thiere eine grosse furcht und respect machen / dannenhero es das ansehen hat / als ob sie allein bey auftheilung der Göttlichen Gnad / für Stieffkinder wären gehalten worden / da sie doch sonst so grosse Lieb allein an den schädlichen Thieren erwiesen habe: Über dieses alles sagte der gute Hammel / habe die Göttliche Allmacht den unbewehrten Schaffen / damit ja das maß ihres Kreuzes und Trübsals voll würde / die allergrausamste Thiere / als Löwen / Bären / Thiegerthier und Wölffe / zu feinden geordnet / daß dem ansehen nach / die Schaf allein darumb in diese Welt geschaffen seyn / diese hungersterbige verfressene Thiere zu ernähren und zu sättigen. Zu diesen unerträglichen Trangsaaalen kommen auch noch die unerhörte schindereyen / so sie von ihren Hirten erdulden und leiden müssen:



müssen: Welches alles einzig und allein daher rührte / daß sie ganz wehrlos seyn / und sich nicht verthädigen könnten: Wan sie nun auch Zähne hätten / da sie in gewissen fällen / wo nicht auß rächger / doch allein umb der Züchtigung willen / etwan in zehn jahren einmahl dergleichen unbescheidene Hirten beißen könnten / welche sie biß auff das blut außmelcken / und die Haut mit der Wolle abziehen / so würden sie vielleicht in das künfftige grösser mitleiden mit ihnen haben / und würden ihre Balbierer die Schaffscheren besser führen lernen / damit sie ihnen nicht in die Haut schnitte / gelange demnach der sämbtlichen Schaff unterthänigste bitte / ihre Majestät sich belieben lassen wolle / ihnen / damit sie nicht länger alles Elend und Trübseeligkeit über sich müsten ergehen lassen / auch lange Zähne und scharffe Hörner mittheilen wolle / auff daß sie auch ein furcht und respect, gleich anderen Thieren / haben möchten. Sed subrisit Apollo & respondit: Daß die Schaff / ihrer natur gemäß / eine recht albere und einfältige Bitt gethan hätten / dieweil sie nicht erkenneten / daß sie von dem allmächtigen Gott vor allen anderen Thieren sehr geliebet und befreyet wären: dan da die anderen mit grosser mühseligkeit / auch höchster gefahr / ihre Nahrung suchen / ja ihrer viel bey Nacht / die zum schlaff und ruhe erschaffen / sich ernehren müsten / dieweil sie sich bey Tage nicht dörrften sehen lassen / müsten die Menschen / die doch sonst über alle Thier herschen und gebieten / für die Schafe sorgen / und ihnen Weide verschaffen / zc. Gab ihnen zu lezt noch die Lehre: Was das übermachte Melcken und Scheren etlicher unbarmhertziger Hirten belangete / könnte er ihnen nicht besser rathen / als daß sie gegen dieselbige keine andere Wehr noch Waffen als den Gehorsam und die Demuht gebrauchen / und sich darneben beflüssigen solten / ihnen viel Käse und Wolle zu geben / und fruchtbar

fruchtbar zu seyn: dan es bestehe die größte Glückseligkeit der Schaafe darinn / daß diejenige Hirten / so ihre Heerde übel hielten / ihnen selbst den größten schaden thäten / und daß die Wunden / so der Hirt den Schaaften schlage / ihn zu letzt selbst umb das Leben bringen. Wolle sie demnach trewlich ermahnet haben / sich fleissiger als vor dem Wolff selbst vorzusehen und zu hüten / und sich ja nicht mercken zu lassen / daß sie die Hirten zu beißen begehren: dan so glücklich als diejenige Schaafe zu achten wären / welche sich gegen ihren Hirten demüthig und gehorsam erzeigten / also unglücklich wären die andere / so ihren Hirten eine furcht einjagen wolten. *Aliud dicendum in casu extremae discriminis s. summae necessitatis reip.* Grot. lib. I. c. IV. §. VI. n. 4. Nam & Dei Leges, habent tacitam Exceptionem Summae necessitatis, tantò magis & hic populo aliquid licebit. Dicta *Patientia* & hac in parte opponi posset; Sed *re.* Eam quidem esse singulorum, universorum verò quo ad præsentem casum non esse, quia sine careret. Et Ab aliis Principibus tunc etiam defendi possunt. *Dn. Becm. diss. de jur. recip. exul. c. III.* *Defendere* verò se licet, defendere enim est vim avertere & declinare, quod non magis vitio verti potest, quam si quis vim alterius præsentem videns, fuga sibi consulat, sed vim ideò Principi inferre non licet, id enim non est defendere sed offendere. Et Hoc sensu capiendi & intelligendi Theologi, Jcti, & Politici præcedentis sæculi, quando jus aliquod resistendi subditis aliquibus sc. Magistratibus inferioribus seu ordinibus, tribuerunt, non enim terminum hunc pro ut jacet intellexerunt, sed tantummodo hoc voluerunt, subditis licere se defendere, seu tueri jura adversus vim injustam, de vi inferenda nunquam cogitarunt. Vid. *Latè erud. hac de re different.* *Dn. Hubert. Mosanum.* im Bericht von der Reformirten Lehre von der Weltlichen Obrigkeit. Cap. 1. & 2. §. IX. seq. edit. 1690.

Injuriae

Injuriae E. eorum Deo committendae. *Judicet Dominus inter me & te, manus autem mea non sit in te. 1 Sam. 24: vs. 13.* Sed quid si Princeps ad illicita sollicitet? R. Fuga à servatore praescribitur, & ultra eam nihil. *Grot. de J. B. & P. lib. I. cap. IV. §. VII. Dn. Pufendorf. L. VII. c. 8. §. 5. (4.) Nec deponi potest, Populus enim nullum jus in ipsum habet; & idem actor Judex & Testis esset in propria causa. Nec etiam constat an Deus Vicariatu suo ipsos exui velit. Unde licet ab Hominibus factum, nunquam tamen Deus id hominum generi commisit. Nec (5.) In jus vocari potest, ob dictas rationes, pugnat enim cum debita reverentia. Nihil enim sanctius est eorum Majestate. l. fin. pr. C. de LL. Probatum hoc porro (a.) per text. l. 3. vers. 3. sed adversus domos. C. de quadr. praescript. ibi ex nostra jussione. (b.) l. 13. de in jus vocand. (c.) quod Princeps sit Pater omnium communis. l. 3. C. de his qui spont. publ. munus. ibi Patrem Civitatis. Nov. 98. §. 1. circ. fin. ibi communis omnibus Pater. (d.) Argumento à minori ad majus sc. à Magistratu minori perpetuo, qui sine jussione & venia non potest in jus vocari, l. 2. ib. nostra pietatis emanaverit jussio. C. ubi senat. vel clariss. Nov. 8. §. 1. circ. fin. ad Principem tanquam Magistratum Majorem, arg. auth. multò magis. C. de SS. Eccles. Nec obst. l. 2. ff. de in jus voc. loquitur enim de Magistratibus temporalibus, Brunnem. ad d. l. 2. n. 1. hi enim post depositum officium conveniri possunt, quod fecus in Principibus quorum Potestas perpetua. Moribus nostris si qui casus sint, quibus Princeps Subditum secum experiri patitur, impetrata venia, & cum praefatione honoris id fiat necesse est. Brunnem. ad Vvesenbec. ff. d. in jus voc. qu. 5. it. Exerc. Just. Ex. 27. p. 239. Magnif. Dn. Strykius. Professor meus in Viadrina Summoperè venerandus. Disp. II. de Jure Reverent. Membr. III. n. 3. & seq. & Membr. IV. num. 2. & seq. Mynsing. cent. 5. Obs. 8. Ceterum coram quo judice Principes*

pes Imperii conveniendi sint? Et quidem de Imperatore *vid.*  
*A. B. c. V.* de Principibus Imperio immediatè subjectis. *Conf.*  
*Celeb. Dn. Strijck. diss. de Foro Austreg. posit. 25. Struv. Ex. 4.*  
*rh. 56. Roding. Pand. Cam. l. i. c. 3. Christ. Gastel. Spec. Jur. un.*  
*Cap. 33. n. 140. seqq. Schvveder. Intr. jurispubl. Sect. II. part.*  
*spec. cap. 17. §. 6. (6.) Minimè omnium puniri, quia Soli*  
*Deo subsunt. Tibi Soli peccavi, ait David. Psal. LI. vers. 6.*  
 hominibusque proinde se subesse negat. Nec obstat, quod  
 vulgò dicitur, *vox Populi vox Dei*; nam id eo sensu quo hoc  
 vulgò accipitur falsum. Populus enim est ordo Parentium:  
 At vocem reip. esse vocem Dei, verum quidem est, sed cau-  
 sam oppositam non juvat; Hoc ipso enim quo Reipubl. est,  
 etiam Principis est, quia is Rempubl. sustinet.

VIII. Reliquorum Officiorum (ex natura Subjectionis)  
 quæ Subditi Reipubl. & Principi tanquam superiori exhibent,  
 fundamentum est, *Subditos omnia sua & se ipsos debere reip.*  
 neque in republ. per se actuosos esse, sed per rempubl. tan-  
 quam communem quendam ipsorum spiritum; hic enim est  
*Spiritus ille vitalis, quem tot millia trahunt. Sen. Clem. l. 4.*  
*Rex est halitus narium nostrarum, & Lumen oculorum nostro-*  
*rum,* ajunt Scriptorum Anglici de Rege suo. Turcæ dicunt,  
*Subditos pane Imperatoris sui vivere,* h. e. omnia ipsi debere  
 & totos ab illo dependere. Ex dicto igitur fundamento  
 fluentia officia Subditorum paucis adhuc videbimus.

IX. Consistunt verò hæc Officia in quadam *Exuperantia*  
*obsequii & Pietatis,* & non comprehendunt illa, quæ necessariò  
 in republ. facienda, uti obedientiam, Tributorum solutio-  
 nem, Principum honorationem: sed ea quæ per se bona qui-  
 dem sunt, ratione exercitii sui arbitrio nostro tamen relin-  
 quuntur. Nim: (1.) ut Subditus salutem privatam sui ipsius  
 plurimum postponat, & sui unius commodo commoda mul-  
 torum prævalere sinat. Cruciatu, Torturam, Mutilationem  
 corporis

corporis pro Principe patiarur. Cum Subditi alias salutis suæ non doloris gratia in Rempubl. coiverint. Hinc Laudabile factum Laurentii, qui torrerī maluit, quam Thesauros Ecclesiæ indicare. In Historia Romana, hoc nomine etiam prædicatur inter alios Attilius Regulus, qui voluntario ad Carthaginenses reditu maluit Cruciatu hostium subire, quam Romæ manendo Patriæ periculum attrahere. Illicitum verò erat Amborum Deciorum Parentis & Filii factum, qui non tantum morti, sed devovendo insuper, se iræ Divinæ, pro salute reip. objecere, & uti *Livius* de facto Parentis loquitur, *Omnes minas periculaque ab Deis superis inferisque in se unum vertere. Lib. VIII. cap. 9.* *Quid ultra moror, ait filius, familiare fatum? datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula sumus. Jam ego mecum Legiones hostium mactandas Telluri ac Diis manibus dabo. L. X. c. 28.* Item improbandum factum Curtii, pro salute reipubl. se in voraginem præcipitantis; quamvis Valer. Max: dicat: *Nullum pietate Curtii erga Patriam clarius observari exemplum. L. V. c. 7.* Nam licet fas sit pro rep. mori, nunquam tamen fas est nobismet ipsis vitam pro republ. adimere, aut ad privationem ejus activè concurrere. Vita enim nostra non modo reipubl. sed sublimiori potestati alligata, ac proinde nunquam in potestate nostra posita est. Unde nec Deus pro Gloria sua talem vim unquam exegisse aut approbasse legitur. Huc etiam referenda exempla Subditorum, ab ipsis rebuspubl. ob salutem publicam exitio destinatorum; ut & devotiones innocentum à Regibus & Civitatibus ad avertenda mala factæ. Sic Rex Moabitarum filium primogenitum in mœnibus Urbis Regiæ immolavit, *2 Reg. 3. vers. 27.* Agamemnon Iphigeniam filiam ad mitigandam pestem, Lacedæmonii Virginem, ut eandem averterent. Sed Innocens servandæ reip. causa hosti dedi potest. *Vid. Cap. præc. §. XII. in fin.* Civitas aliqua item extrema

trema ab hoste pati debet, licet auxilia nulla sperare possit, si certum sit, hostium progressibus ita obicem positum iri, aut republ: servari. In Exemplis Subditorum cum Principe morientium, uti *Ottonis Milites juxta rogum interfecere se non noxa, neque obmetum, sed emulatione decori & charitate Principis. Tacit. Hist. l. 2. c. XLIX.* excessu nonnunquam peccatur, & evenit hinc (1.) Crimen autocheirias, (2.) Vanitas, mori enim mortui causa, nec mortuum juvat, nec viventibus prodest, adeoque sine caret. Referendæ huc porro expeditiones Militares, Subditis injunctæ, & quidem (I.) *Subditi tenentur cum Principe in bellum proficisci*, proficiscitur enim reip. & sic propriæ salutis causa. (II.) *Iidem proficisci debent, etiamsi dubitent de Justitia Belli*: Nam (1.) ob incertum metum peccati, certum peccatum committi non potest, quod hic est inobedientia. (2.) Peccatum hoc propriè foret reipubl. non subditi (3.) Consilium verò remanet solvendi tributa Extraordinaria, quemadmodum & hoc totum Statum belli in præsentem comitari solet, militiam nim. mercenariam agere, hæc enim exercitata est, Subditi verò licet in bellum ire teneantur, minus tamen apti sunt ad militiam, quia inexercitati sunt. (III.) *Sumptibus propriis etiam proficiscendum est*; qui enim ad factum tenetur, tenetur & ad id sine quo factum hoc expediri nequit. (IV.) Etiam extra Territorium, si Principem sequantur, rectius & justius facient, vi universalis obligationis & pietatis erga Principem; Principi in personalibus quoque obedire, pietas est, & virtutis quædam exuperantia. Et ubi Rex est irruens tanquam in hostes cum exercitu, ibi est territorium Regis. *Rosenthal. de Feud. cap. 8. concl. 25. Magnif. Dn. Strijck. Ex. Jur. Feud. cap. XVIII. quest. 25.*

X. Distinguenda verò à dicta *obedientia simplici*, & *Exuperantia obsequii*, *obedientia cæca*, qua ad quævis mandata superiorum

superiorum sine discrimine nos prosternimus. Obsequium enim nostrum uti §. 5. dictum, simplex quidem, non tamen irrationale esse debet. Obedientia verò cœca imperata facit sine ratione, aut intuitu connexionis cum statu suo; obedientia simplex imperata quidem omnia etiam facit, nec causas cur hoc vel illud imperatur scrutatur, obediendum verò sibi esse probè intelligit, & ex generali æstimatione necessitatum & commodorum suorum, obedientiam æstimat. Turcarum obedientia est cœca, quippe qui non dubitant jussu Imperatoris in præsentissimam mortem se præcipitare; Imò Martyrii in loco habent, persuasi eum, qui mandatis Imperatoris immoritur, in continenti in Paradysum transferri. Sed actus hi merè irrationales, nec ad obedientiam spectant, quippe quæ si rationalis non est; non obedientia, sed cœcus impetus nominari debet.

C A P U T V.

DE BONIS PRINCIPUM  
DOTALIBUS.

§. I.

UT eò facilius Princeps Dignitatem Summam & onera reip. sustinere possit, conceduntur ipsi *Bona Domania* s. *Corone*, quæ sunt *bona Dotalia reip.* cum qua Matrimonium contraxit. Sunt hæc instar dotis, quam respubl. cujus fit Maritus, in eum contulit. *Grot. lib. II. cap. VI. §. XI.* sicut alias dos datur, ut facilior sit sustinentia onerum matrimonialium. *l. 7. pr. ff. de jur. dot.*

II. Sunt itaque *Bona Domania* bona quoad usum Principi constituta, ad sustinendos mensæ aulæque sumptus ac supportanda reip. onera, reservato eorundem dominio reip. vel cum *Grot. de J. B. & P.* sunt Patrimonium Populi, cujus

fructus destinati sunt ad sustinenda reip. aut Principis digni-  
tatis onera, *all. loc. Germ. dic. Krohnen-Güter / Cammer-  
Güter / Taffel-Güter.* à Gallis *Domaine* vocantur. *Cl. Dn.  
Vitriar. Inst. jur. publ. lib. III. tit. 18.* Generis locum obti-  
nent *bona* non qualibet sed reipubl. seu publica, vel secun-  
dum *Laud. Grot. Patrimonium Populi.* Principis enim Pa-  
trimonium duplex, *Publicum & Privatum*, adeoque ipsius  
bona, duplicis generis sunt ac considerationis. Alia namque  
possidet ut privatus, de quibus liberè disponit, utpote quæ  
emptionibus, donationibus, confiscationibus privatim sibi  
acquisivit *l. 1. & 2. ff. de jur. Fisc. l. 3. C. de bon. vacant.* item  
quæ alluvionibus, pecuniâ ex vectigalibus perceptâ aliisque  
proventibus à privatis sibi comparavit, vel etiam per indu-  
striam ex justo bello contra infideles acquisivit, *l. 3. C. de  
quadrien. præscript.* Hæ res propria Principis substantia vo-  
cantur *d. l. 3. §. 1. & bona in formam patrimonii redacta l. 39.  
§. ult. ff. de legat. 1.* Ac res Dominicæ *l. 9. C. de jur. Fisc. l.  
pen. & ult. C. de fund. rei patrimon. Joh. à Sande de Prohib.  
rer. alien. cap. 6. §. 3.* His olim præponebatur Procurator  
Cæsaris *l. 1. ff. de offic. Procur. Cæs. d. l. 39. §. ult. de Leg. II.* qui  
Procurator rei privatæ, & Procurator rei Dominicæ saluta-  
tur, *l. pen. C. de conven. fisci deb.* Item Comes rerum priva-  
tarum. *Vvesenbec. ad ff. d. l. & Cod. de offic. comit. rer. pri-  
vat. l. ult. C. de Assessor. l. ult. C. de petit. bon. sublat. l. 3. C.  
de bon. vacant. l. 3. C. de decur. Tholozanus. de Republ. lib. III.  
c. 2.* Cujus officium erat gubernare privatam Principis sub-  
stantiam, quæ non ad largitiones expensasque ac salaria mi-  
litum, sed ad privatos usus Principis erat destinata. Hujus-  
modi E. bona quin ad heredes Principis transeant, nullum  
est dubium. *l. 56. ff. de legat. 2. Brunnem. ad l. 1. C. de offic.  
Comit. rer. privat.*

III. Aliter verò se res habet cum Bonis Domanialibus,  
quæ



quæ jam descripta. *Arum. de Fur. publ. disc. 15. th. 69.* Hujus enim generis bona Regno aut Provinciæ propria, & usu tantum Principis, nec ipsi libera de his disponendi facultas competit, unde ab Ulpiano in *l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ.* Quasi propriæ & privatæ ejus esse dicuntur, quo spectant prædia principalia, portoria, & id genus alia regalia, de quibus in *cap. un. que sunt regalia. 2. Feud. 56. Dn. Struv. Synt. F. C. Exerc. III. th. 78. & Synt. Feud. cap. VI. aph. 6. Myler. ab Ehrenbach. de Princip. & Stat. Imp. part. 1. c. 33. n. 2.* Horum curam olim Sacri Palatii Comites gerebant. *Vultejus jurisprud. Rom. lib. 1. cap. 13. n. 84. tot. tit. Cod. de Palat. Sacrar. largit. ibique Gothofred. Gutherius de offic. Dom. August. lib. 3. c. 25. & 27.* Hodie verò in Aulis Regum ac Principum Bonorum Domanialium cura Consiliariis Camera, Præfecto reddituum, & Aliis ad id Munus constitutis Ministris, committi solet, & salutantur *Cammer-Rähte / Cammer-oder Rent-Meister. Besold. de Arar. lib. 2. cap. 4. §. 6. n. 33.* Dividi commodè possunt in *Vetera & Nova.* Illa sunt quæ post prima Regnorum primordia Principes obtinuerunt, dicique possunt *Profectitia*, quæ ita sceptris inhærent, ut cum iis nata, nec sine illis interitura videantur, qualia sunt juxta Choppinum *de Doman. Franc. lib. 1. tit. 2. §. 2.* Vectigalia quæ in introitu & exitu urbium, aliorumque locorum solvuntur, cum à prima rerumpubl. institutione receptum sit, ut inventarum & evectorum mercium vectigalia solvantur. *Conf. Grot. de F. B. & P. lib. II. cap. 2. §. 14. n. 2.* Hæc verò quæ nuper in Domanium recepta ipsique incorporata, dicuntur alias *adventitia.* *Ioh. à Sande dict. tract. c. 6.*

IV. Personæ Bona hæc Dotalia constituentes sunt tum Principes tum Subditi. Neque tamen Princeps pro lubitu rem Domanialem efficere potest, ideò, cum alterius Dominio res est subjecta, non potest à Principe illa fieri Domanialis,

lis, cum Princeps nemini jus suum auferre possit. Et quamvis sacrilegii instar sit, de Potestate Principis disputare, per *l. 3. C. de Crim. Sacrileg. l. 5. C. de divers. rescript.* Non tamen de voluntate & scientia Principis inquirere est prohibitum, *c. 5. §. f. x. de rescript. c. 2. de crim. fals. l. fin. C. si contr. jus. Gail. l. 2. obs. 58. num. 7.* Quia nonnunquam malè instruitur Princeps, & omnia Principum Rescripta intelligenda sunt cum Justitia, ut nemini injuria fiat. *c. 15. x. de off. & pot. de leg. l. 43. ff. de vulg. & pupill. subst. Vultej. vol. 1. Cons. Marp. 16. num. 86.* Privatus etiam sine dubio bona sua vel partem eorum Domano consecrare potest, quia quilibet rerum suarum moderator est & arbiter. *l. 21. C. Mand. modo superior hoc acceptet, cum donatio sine acceptatione non subsistat, l. 19. §. 2. ff. de donat. l. 10. C. cod.* In statu Aristocratico bona Domaniale constituantur ex consensu omnium procerum, qui Principatum gerunt, cum id quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari *l. 8. ff. de aqua plu. l. fin. C. de autor. tut. cap. 29. x. de R. 7. in 6to.* Omnes verò si non consentiant, majoris partis consensus sufficit, *l. 19. ff. ad Municip. & de incol.* Quod enim publicè fit per majorem partem, id ad omnes seu universos refertur. *l. 160. de R. 7.* In Democratia arbitrium totius populi requiritur, *arg. §. 4. I. de 7. N. G. & C.* Possunt verò fieri Res Domaniales, quæ sunt idoneæ, quæque conditione suâ dari haberique possunt. *§. 2. I. de inutil. stipul. §. fin. I. de empt. vend. l. 25. ff. de V. O. sive allodiales sive Feudales fuerint.*

V. Constituitur verò Sacrum hoc atque Publicum Patrimonium (1.) uti *§. 1. dict.* tum *ad conservandum mensæ aulaeque splendorem*, tum (2.) *ad sustinenda reip: onera.* Nam sanè his impensis necessariò indies faciendis Principes non sufficerent, nisi certis proventibus adjuvarentur. *Gudelin. de jur. noviss. lib. 5. c. 8.* Adminiculum vero his non exiguum præbere

bere pecuniam, in qua omne suum suorumque robur posuerunt veteres *l. 22. C. de administr. tut. & curat.* operosa non indiget demonstratione. Respubl. non magis stat consilio, quam pecuniæ copiâ. Sicut enim respubl. sine personis subsistere nequit: ita nec sine rebus publicis; Unde Cicero pecuniam publicam *Nervum Belli & Reipubl.* rectè dixit. Cui adstipulatur Ulpianus, *l. 1. §. 20. ff. de question.* inquit: *Nemini dubium est, bona & pecunias nervos esse Reipubl.* Imò propter immensos labores, pericula atque curas quibus Principes subjecti sunt, & à quibus excruciantur, laborantes pro salute Subditorum, justum sibi etiam postulare possunt præmium, *arg. c. 16. x. de prescript.* Et naturaliter subditi tenentur ex bonis & facultatibus tantum suppeditare Principibus in compensationem curarum publicarum, & ad sustinendam dignitatem, quantum pro statu publico requiritur, *conf. L. secundum naturam. 10. ff. de R. 7. (3.)* Etiam constituuntur ob salutem reipubl. R. Imp. de anno 1532. §. **Und damit solches.** *ibid. zuzorderst Gott dem Allmächtigen zu ehren &c.* ex L. etiam XII. Tabb. *salus Populi, suprema Lex est.* Et tantus est hujus finis favor, ut subditi non sufficientibus hisce bonis, suadente utilitate necessitateque publica, collectis suis publicos reditus supplere teneantur, quo spectat *die Cammerhülffe.* *Caspar. Klock. de Contribut. concl. 49.* Cum subditi tanquam membra, teneantur caput suum defendere.

VI. Effectus Bonorum Domanialium consistit in eo, quod Principi sine statuum consensu eorundem alienatio non sit permissa, *Christin. vol. V. dec. 83. Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 1. Paurmeister. de jurisdict. lib. 1. c. 4. in fin. Gail. de Pace publ. l. 2. c. 15. Sprenger. jurispr. publ. l. 2. c. 41.* Sunt enim bona dotalia reipubl. cum qua Matrimonium Princeps contraxit. Et grave damnum ex hujusmodi alienatione con-

G

traheret

traheret respubl. dum media & subsidia sustinendæ dignita-  
tis subtraherentur. Ad hanc vero conservandam Princeps  
quam maximè est obstrictus, adeoque operam dare debet,  
ne quid respubl. sentiat detrimenti. Sunt & bona hæc in pa-  
trimonio Regni seu Ducatus, sicque in alienabilia existunt;  
& cum hac qualitate Principibus concessa videntur, scil. ut  
ea administrarent, minimè verò alienent. Et porro sicut viro  
non conceditur alienatio rerum dotalium *pr. Instit. quib. al.  
lic. vel non. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act. tot. tit. C. de fund.  
dotal.* ita nec alienatio horum bonorum quæ respubl. in Prin-  
cipem tanquam Maritum suum seu Sponsum, ad instar do-  
tis ad sustinenda onera publica, contulit, ipsi concessa est.  
*arg. l. 7. ff. de jur. dot. l. 20. C. eod. Grot. lib. II. cap. VI. §. XI.*  
Non. E. nisi ususfructus eorum ipsi competit, qui nequa-  
quam ad jus alienandi se extendit. *Dn. de Pufendorf. lib. VIII.  
c. V. §. II. Grot. lib. II. c. XIV. §. XII.* rectè Tholozanus *de Re-  
publ. lib. III. c. 2. §. 9.* Bona ista, inquit, sunt commissa Prin-  
cipi percipienda & distribuenda, eaque veluti dotalia accipit  
in Inauguratione sui Principatus, tanquam conjunctus ei per  
desponsationem. *confer. Klock. de Contribut. cap. 3. n. 6.* Et  
quamvis porro dominium civile dotis sit penes maritum:  
nihilominus tamen inspecta rei veritate, uxorem dominam  
veram rerum dotalium inæstimatarum manere, nemo nega-  
bit, qui saltem Textus juris probè ponderaverit, *l. 30. C. de  
jur. dot. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act. l. 10. ff. de religios. &  
sumpt. fun. l. 29. C. de jur. dot. l. 75. ff. de jur. dot. l. 71. de E-  
viçt. l. 7. §. 12. ff. solut. matrim. Carpzov. p. 2. Const. 42. defn. 19.  
n. 1. Magnif. Dn. Strijck. diss. de jure Mariti in bon. uxor. cap.  
II. §. LVI. Excell. Dn. Pagenstecher. aphor. Justin. lib. II. tit. 8.  
aphor. 79. it. in Irnerio Injur. Vapulante. coit. VI. §. IV. in fin.*  
Eodem etiam modo dotales reipubl. res in dotem Principi-  
bus datæ, in ejusdem manent dominio. Sacrum etiam exi-  
stimatur

stimatur hoc patrimonium, & proinde à re privata ipsorum Principum separari solet. *l. 1. C. de indict. l. ult. C. de vect. & commiss.* Et Principes si bona hæc alienarent ac Principatus sui viscera eviscerarent, propriam tandem dignitatem destruerent, secund. Pruckman. *de Regal. §. soluta potestas. n. 2. c. 4. art. 6. n. 27. effat. 6. n. 27.* In his enim nervus ac sanguis subditorum consistit. *Nov. 8. c. 8. §. 1. Nov. 149.* Et ut hic effectus obtineatur, non solum Imperator noster ex constit. A. B. initio Imperii sui promittit juratò, de S. R. Imperio ejusque pertinentiis absque scientia voluntate & permisso Electorum nihil se distracturum. Sed etiam omnes ferè Principes in initio sui regiminis ante homagii præstationem jurant, se honorem juraque Principatus sui, illibata servaturos. Nec ulla ferè provincia est, quæ si non expressè, saltem tacitè hanc alienationem prohibet. *Heig. quest. 19. n. 4.* In Regno Angliæ, Hispaniæ, Poloniæ, Neapolitano tales Constitut. vigent.

VII. Quod si verò de facto hujusmodi bona fuerint alienata, ab alienante sunt revocanda. *arg. l. 7. C. de agric. & censit. & l. 14. §. 1. C. de SS. Eccles. Myler. in Nomolog. cap. 16. n. 2. & 3.* Et sicut alienatio omnis præsertim rei immobilis ab Episcopo facta ab eodem legitime est revocanda. *c. 9. x. de donat. c. 1. c. 5. c. si quis Presbyterorum 6. x. de reb. Eccles. non alien.* Ita & Princeps factam talem alienationem in præjudicium dignitatis & subditorum, revocare potest. Quia Princeps non suo nomine aut ut privata persona revocat, sed nomine officii. *arg. capit. quod quis 3. caus. 35. quest. 9.* Multò magis hoc facere potest successor, qui nihil contraxit, *per text. in c. 39. c. 12. qu. 2. c. 6. caus. 10. qu. 2. c. 4. x. de reb. Eccles. alien. vel non.* In alienatione enim invalida, ipsi heredi contra factum defuncti venire permittitur. *d. l. 7. C. de agric. & censit. l. 38. ff. solut. matr. Schrader. de Feud. p. 4. c. 1.*

n. 21. Imò antecessor defunctus reliquis ex familia & præsertim successori, cui jus quæsitum, præjudicare nequit, nec bona illa per quæ principalis dignitas conservatur, minuere vel alienare valet. *Sixin. vol. 1. Consil. Marpurg. cons. 9. n. 25. & 85.* Inde successor bona hæc alienata revocare potest, ne quidem restituto pretio *l. 2. C. ne rei domin. & cap. arg. l. 23. C. de R. V.* nisi in reipubl. utilitatem id versum esse probetur. *arg. l. Civitas 27. ff. de reb. cred.* Quod & in Jure Feudali obtinet, ubi filii à Patre alienatum feudum eo vivo, restituto pretio, revocare possunt, mortuo verò Patre absque restitutione pretii, *2. Feud. tit. 3. §. 1. Hartman. Pistor. lib. 2. quest. 13. n. 18. seq.*

VIII. Ardua & insignis hic suboritur quæstio: *An si Princeps revocet bona Domaniale à Majoribus alienata, quæ jam per variorum manus ambularunt ultimus Possessor, cui bona hæc auferuntur, de evictione experiri possit contra suum autorem?* Sequor hic Discipulus Sententiam Doctoris mei, *Magnif. Dn. Strýckii in Tract. de Cautel. contr. sect. II. cap. IX. §. 41.* Et de evictione actionem superesse puto. (Si verò factum hoc Principis casui fortuito adscripseris, liberari venditorem expeditum est. *l. 11. l. 21. ff. de Evict. l. 26. C. eod.*) Princeps enim hic non vi potestatis, sed vi Juris procedit, & ex hoc capite, quod bona domaniale sint inalienabilia, secund. *cap. 33. x. de jurejur.* rem alienatam revocat. Vid. prolixè *Brunnem. Cons. 1.* & ita res evincitur ex non jure venditoris uti dicunt, h. e. quod res illa venditoris non fuerit, utpote olim domanio Principis assignata. Sed insuper distinguo cum aliis, num quis bona hæc ignorans, an sciens Domaniale esse, emerit: Si ignorans emit, venditor vel ejus heredes de evictione tenentur *l. 27. C. de evict.* etiamsi de evictione nihil fuerit dictum. *l. 66. pr. ff. de Contr. empt.* Posteriori casu si sciens emerit, emptor de evictione agere non potest.

potest. *d. l. 27. C. de evict. l. 7. C. Comm. divid.* Nam qui cognovit bona hæc esse Domanialia, utique ignorare non debuit, eadem à Principe vel ejus successore revocari. Si itaque nihilominus eadem emit, perinde hoc ipsi ac qui sciens rem alienam emit, imputandum, atque hinc evictionis nomine actio deneganda. Hæc etiam quæ de alienatione dicta sunt, locum habent etiam si alienatio juramento confirmata fuerit, *dict. c. 33. x. de jurjur.* vergeret enim tale juramentum in perniciem Reipubl. unde non obligatorium, quia Justitia destitutum. *c. 26. eod. c. 2. c. 22. q. 2. c. cum contingat. x. de jurejur. c. 2. de Paët. in 6to.* Nec juramentum debet esse vinculum iniquitatis, *c. 10. x. de jurejur.* Disponere vero de his ad salutem reip. Princeps potest: unde in contractu super bonis Domanialibus inito præcipuè & inter alia hoc pro Cautela observandum, ut causa utilitatis vel necessitatis publicæ Instrumento alienationis specificè inseratur, & ut illa in futuram probari possit, vel testibus vel Instrumentis curetur, ne successor aliquando bona ita alienata revocare possit. *Vid. plur. hac de re pralaud. Dn. Strijck. dict. tract. sect. 1. cap. 3. §. XIII. & seq. Brunnem. Consil. 1. tot.*

C A P U T VI.

DE MODIS DISSOLVENDI HOC  
CONJUGIUM.

§. I.

**E**st illa maximorum imperiorum fatalitas, ut non possint eodem loco consistere; Principes grande regiminis onus, diu recta cervice sustinere vix possunt. Lassantur & se inflectunt, nec decurrunt ad metam æquabiliter. *Ut curricula vite hominibus per ætates distinguuntur, sic Imperiis sua sunt temporum intervalla, quibus ab exiguis rebus sumpto ini-*

tio, velut adoleſcunt, inde ad potentiam majorem excrescunt, postea rursus decrescunt, & intermoriuntur, ait bene Textor: *Synops. 3. Gent. Cap. XXX. pr.* Per dissolutionem vinculi conjugialis inter Principes & Subditos, non intelligimus solum mutationem vel corruptionem imperii, sed everſionem, interitum & excidium. Qualis accidit in conjugio Desertione malitiosa, Adulterio & Morte unius conjugis.

II. Voluntatem & providentiam Divinam, seu Reservata Dei in dissolutione hujus vinculi maximum habere momentum, illamque inter modos universales referri posse, nullus dubitabit, dum tot dictis Sacrae Scripturae & tot exemplis illustribus in omni historia hoc sit manifestum. Quo praecipue referuntur Psalmi Davidis 46. 87. & 127. verum haec Summa voluntas & providentia, non tam instar modi se habet, quam causae generalis efficientis.

III. Quo ad *Imperantes* vinculum hoc solvitur, (I.) *Desertione*, non vero qualibet, sed tali quam in matrimoniis appellamus *Malitiosam desertionem*, ut si communis salutis respectum prorsus deserat, aut hostili in populum feratur animo. Ad ex primenda haec melius Theodor. Bezae. *lib. de Repud. & Divort.* de Desertione Conjugum malitiosa loquentis, verba addemus. *Desertorem illum appellat, cui ut loquitur Apostolus 1 Cor. VII. vers. 15. non placet cohabitatio, i. e. qui individuanam illam vitae consuetudinem abrumpit. Nec enim Cohabitationis, sive ὀφειλομένης ἐνοχίας, id est debita benevolentiae nomine, intelligitur duntaxat corporum copulatio, quam barbare vulgò vocant debiti redditionem, sed mutuus ille convictus, atque adeò summa, in omni sancto usu, vitae conjunctio. Addo autem illud sancto, ut sciamus eum quoque desertorem esse habendum, qui cohabitationem quidem non denegat, verum impias Conditiones pertinaciter requirat. dict. tract. fol. 202.* Exemplum inter alia in Alphonso Rege Neapolitano,



politano, qui conscientiae stimulis agitatus, cum neque dies neque noctes animo quietem inveniret, in somnoque eorum Nobilium quos occiderat umbra observarentur: Populus item pœnas ab eo reposcens turbulentissime concitaretur, re tantum cum Regina noverca sua communicata, cujus precibus ne fratri quidem aut filio consilium suum aperire voluit, res duos tresve dies, quo sui regni annum vertentem terminaret, superfedere, quatuor triremibus pretiosa supellectile oneratis, Neapoli discessit: Tantum in ipso discursu pavorem praeferens, ut si à Gallis jam esset circumventus: quasi in se caelum & elementa conspirasse suspicaretur, ad omnem strepitum pavidè respectans, Mazarin oppidum ipsi à Ferdinando Hispaniae Rege donatum; in Siciliam fuga se recepit. vid. Guicciard. lib. 1. 45.

IV. (II.) Derelictione; in qua tamen principaliter requiritur *Voluntas* derelinentis; *Quia voluntate cessante non manet Dominium & Imperium.* Grot. Lib. II. Cap. IX. §. 1. debet verò hæc voluntas non sola esse intrinseca, sed etiam per signa externa declarata: Nam juris effectus qui in animo pendent, non tamen possunt ad solum animi actum consequi, qualis est cessatio voluntatis, nisi is actus quibusdam signis indicatus sit. *Id. lib. II. cap. 4. §. 3.* E. ei in quem jus nostrum transferimus, translationem nobis fuisse animi argumentis quibusdam externis & Symbolis notabilibus demonstrandum est. *Vid. Commen. ad all. loc. Grot. Quod & indicat Tryphonius, in l. 225. de V. S. Et Ulpianus in l. 17. §. 1. ff. de A. & A. P.* Signa autem hæc de quibus hic sermo, talia esse debent, quæ certitudinem de animo derelinquendi habeant probabilem, qualia sunt *Verba & facta.* de verbis *vid. Grot. d. lib. II. c. IV. §. III. & c. XVI. §. I. & II.* Factis censetur derelictum, quod abjicitur: Nisi hæc concurrant circumstantiæ, ut temporis causa & requirendi animo abjectum censeretur debeat, uti Grot. loquitur *cit. loc. lib. 2. c. IV. §. 4.* Quo & referendæ

ferendæ rationes in *l. 9. §. ult. ff. de A. R. D. l. 43. §. 11. ff. de furt. l. 8. ff. ad L. Rhod. de jactu. l. 1. C. de naufrag. l. 5. ff. de A. & Acq. Poss. l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. ff. ad L. Jul. de vi priv.* Nam qui sciens & præsens tacet, imperium publicum ab alio teneri, sine contradictione multò tempore, is nisi alia causa manifeste appareat, videtur consentire, etiam quo ad derelictionem Imperii publici: quod amissum censetur, etiam si recuperandi illius spes projicitur. Consentit *l. 44. ff. de A. R. D. l. 15. §. 21. ff. de damn. infect. l. 17. §. 1. ff. de usur.* Grot. *cit. l. §. 6. 7.* Ubi & ad talem conjecturam Imperii derelicti, sufficere, ait, tempus memoriam excedens, de quo *vid. Comment. Grot. in spec. Boecler. ad all. loc.*

V. Hinc etiam apparet Regi adversus Regem & Populo Libero adversus parem Populum, jus quoque acquiri posse ista derelictione, de qua hic loquimur, qua & alicujus Populi verus Rex potest Populo subjici, & qui revera Rex non est, talis Summo cum Imperio fieri, aut in hunc statum redigi, ut inter ipsum & Populum Imperium dividatur. *Grot. loc. cit. §. XI. ibid. Comment. Seldenus de J. N. & G. lib. VI. cap. VI. Hugo de Roy. de eo quod justum est. lib. 3. tit. 2. Albert. Gentilis de J. B. lib. 1. c. 22.*

VI. Hic & amplissimus dicendi campus pateret, de Occupatione derelictarum partium Imperii nostri Rom. Germ. per Usucapionem & Prescriptionem. Sed ne nimis transgrediamur Dissertationis fines, remitto Lect. Ben. ad Limnæum. *ad Capitul. Carol. V. art. IX. pag. 166.* Hoc titulo se tuctur Pontifex Romanus, præscriptionem toties allegans contra Imperium nostrum, quam examinat *Conring. de Finib. Imperii. c. 21. & Boecler. ad Grot. lib. II. c. IV. & in Notit. S. R. I. l. 2. c. 2. Schütz. in Colleg. Jur. Publ. vol. 1. disp. 3. thes. 31.* Huc etiam pertinet controversia de Borussia ab Imperio avulsa, & ad Polonos translata, de qua *itid. vid. cit. Conring. de Fin. Imp.*

*Imp. c. 29. Boecler. loc. cit. p. 143.* Aliud verò dicendum de illa Porussia parte quæ Ducalis audit, & Divo FRIDERICO WILHELMO Augusto Elect. Brand. Rerum gestarum Magnitudine verè MAGNO, cessa in Transactione Velaviensi, cum Supremo & absoluto ejus Imperio, quæ ante fuit Feudum Poloniae: *Ducatum PRUSSIAE iis finibus circumscriptum, quibus Serenissimus Elector illum olim Jure FEUDI ante hoc bellum exortum possidebat, ipse deinceps & descendentes omnes, donec quisquam supererit ex Descendentibus Masculis suæ Serenitatis Electoralis, jure Supremi Domini cum Summa atque absoluta Potestate sibi habebunt, possidebunt, regentque sine omnibus ante hac prestitis oneribus.* *Transact. Velav. art. IV. vid. Jac. Vilh. im Hoff. Notit. Procer. Imper. lib. 2. c. IIX. §. 9. Dn. Becman. Histor. Orb. Terrar. Geograph. & Civil. p. II. cap. IIX. §. 4. n. 2.*

VII. (III.) *Abdicatione Imperii. Ignotum alias Principum Aula Prodigium, ut cum possint, imperare desistant.* *Strad. de Bell. Belg. dec. I. lib. 1. Cum vetus ac pridem mortalibus insita sit potentia cupido. Tacit. Hist. 2. 38. 2. Seculum tamen nostrum, alias in omnibus ferè singulare, maximis rerum mutationibus obnoxium, ut vel hoc nomine Compendium omnium seculorum dici possit, duo ejusmodi vidit prodigia, quippe anno ejus LII. CHRISTINA Gustavi M. Suecorum Regis filia, Paternorum Regnorum ex asse Hæres, sponte suâ ejurata illa reliquit. Et anno LXVIII. CASIMIRUS Poloniae Rex, cum Regni ejus habenas aliquamdiu moderatus esset, ultrò privatam vivendi rationem amplexus, coronam deposuit. Gravissimam ejus Orationem vid. apud sæpius laud. Dn. Becmanum Notit. Dignit. Illustr. diss. V. cap. IV. in fin. Grotius de F. B. & P. lib. II. c. VII. §. XXVI. Quærit: An abdicare quis Regnum possit pro se & Liberis? De priore abdicatione quæ pro se fit, ait, nullum superesse dubium, benè verò de*

H

poste-

posteriore; circa quam distinguit inter Regna Hæreditaria & Successiva. *dict. loc.* In Imperio nostro, in quo & exempla Abdicationis, præsertim in CAROLO V. Quæstio hæc mota: *Utrum Imperator abdicare se possit Imperio?* Ad quam respondet *Obrecht. diss. de Abdicatione Caroli V. Cap. I.*

VIII. (IV.) *Morte*, quando ille qui imperat decedit, nullo relicto successore, vel hærede ex testamento vel ab intestato, quo casu omne jus cum illo interit, & Populi qui in ditione ejus fuerunt, sui juris fiunt; sicut etiam si Populus esse desinat, jus illius Populi extinguitur; hoc posterius tamen non tam facile continget: Unde communi dicterio jactatur, *Reges esse Mortales, Respubl. aternas.* *Hobbes de Civ. ve. c. VII. §. 18. Dn. Pufendorf. de J. N. & G. lib. IIX. c. XII. §. VII. Textor. Synopsis. Jur. Gent. cap. XXX.*

IX. Dissoluto ita à parte Principis vinculo hoc conjugali, quæritur, *ubi maneat Majestas?* *Grot. lib. II. c. IX. §. 8.* dicit, redire Majestatem ad Populum; Alii autem redire ad Deum, à quo Majestas immediatè dependeat, asserunt, uti *Hornius, Zieglerus, Henninges.* Quid nobis videatur, ex *Cap. I. §. 4. & 5.* facile colligi potest.

X. Quo ad *Subditos* vinculum hoc tollitur (I.) *Emigratione*, si quis sponte permittente Civitate, in aliam Civitatem se confert, sedem ibidem fortunarum fixurus. Apud nonnullos populos olim illicita, ut apud Argivos. *Ovid. lib. II. Met. 28. Prohibent discedere Leges, pœnaque mors posita est patriam mutare volenti.* Simile Statutum introduxit Dux Parmensis, ac subditis suis interdixit, ne ii è civitatibus suæ jurisdictioni subjectis emigrent. Quousque verò hæc Civibus sit permessa, ex modis quibus quis in numerum Civium receptus, colligendum. Et in aliquibus locis, certa summa pecuniæ, hæc licentia redimenda. *Vid. Dn. Mylium Antecess. Lips. Doctorem ibi nostrum. diss. de Censu Emigrationis.* Si verò

verò in pactis submissionis, nulla hac de re facta mentio; Licentiam pro arbitrio emigrandi subditus sibi reservasse præsumitur: utque adeò se potius *Mundanum* cum Socrate, quam glebæ certæ adscriptum ferre velit. Civitati enim se adjungens, curam sui ac rerum suarum habet, atque id agit, ut insigne sibi firmamentum circumponat: Cum verò sæpius eveniat ut publicum regimen, privatis alicujus rationibus parum commodi adferat, alibi verò utilius commodiusque iisdem possit prospicere; postulari verò non possit, ut ad unius vel paucorum lubitum respubl. reformetur: Proximum erit ut ipsi concessum sit, per migrationem rebus suis consulere. Nec obstat, quòd in initio in constituendis Civitatibus, pacto se invicem obstrinxisse intelligantur, quod conjunctis viribus in commune velint agere. Nam & aliis societatibus renunciare potest socius, modo fiat citra dolum malum, non intempestivè & in fraudem cæterorum, præsertim si ad certum tempus societas contracta non sit. Migraturo verò ex debito & decoro observandum, ut indicet & mentionem faciat de suo discessu. Nisi fortè colligat ex certis argumentis Civitatis nihil interesse, gnara ipsa, an inscia quis discedat. *Dn. de Pufendorf. de F. N. & G. lib. II. c. XI. §. 2. Ziegler. ad Grot. lib. II. c. V. §. 24.*

XI. Emigratio verò gregatim fieri nequit, quia hac concessa, civilis societas subsistere non posset. *Grot. lib. II. cap. V. §. XXIV. n. 2. aliud enim est ex flumine aquam haurire, aliud rivum deducere. Pufendorf. d. loc. §. IV.*

XII. Quam maximè verò Emigratio particularis vel singularis locum habet, in *Causa Religionis*. Unde Reformati justè emigrare potuerunt ex Gallia; ob conditionem ultra humanum modum ipsis impositam, s. subjectionem calamitosam, vim nim. qua ad Religionem conscientiaæ suæ, contrariam, adigebantur. Probatum & hæc mandato Christi, qui

in persecutionibus suos fugere iussit *Matth. X. vs. 23. Cum coeperint vos persequi, fugite de Civitate in Civitatem.* Præceptum verò hoc non juris voluntarii seu positivi, sed naturæ ac Divini (1.) quia naturale est salutem suam temerè non negligere. (2.) Persecutio instar morbi epidemici est, quem fugere licet. Servis licet aufugere si à domino incitentur ad peccatum aliquod, isque rogatus desistere nolit, quia cum periculo animæ non tenetur domino servire. *Lessius de just. & jur. lib. VII. cap. V.* Ergo & subditi fugere possunt, si religio aliena ipsis obtrudatur; Eadem enim subest ratio, ut à peccato se liberent: Magis enim est Deo parendum quam Hominibus: Et magis est jus naturale servandum, quam nefarium Hominis imperium, inquit *Azor. Inst. Moral. part. 2. l. 2. c. 38.* Quamvis etiam subditorum talium Religio sit erronea, nihil tamen & contra dictamen animi quamvis errantis, faciendum est; veluti etiam si vera sit Religio, sed ei obtrudatur, qui omnibus expensis falsam existimet, suamque bona fide veram credat, peccat, si eam suscipiat: quia contra conscientiam adeoque vim judicatricem agit, quam tamen humanis actionibus Deus ducem addidit, eaque contempta obbrutescit animus. Præterea quia uti aliquoties diximus, adversus injurias Principum ægrè supersunt remedia, nisi *Silentium*; (dictis enim vel factis nos Principi opponere non audemus, ex receptis principiis Politicorum) Quod *E. silentium* in injuriis verbalibus vel aliis civilibus, id fuga est in metu injuriarum graviorum, adeoque sacrarum; ita enim & periculum offendendi Principem & maximum periculum offendendi Deum declinamus. Semper etiam ubi electio evadi non potest, minus malum induit rationem boni. *Vid. Plur. laud. Dn. Becman. Diss. de Jure Princip. recip. Exul. fid. soc. tot.* Uxor etiam aufugere potest, si sævitia magna maritus in illam feratur, non verò hæc divortii causam præbet;

præbet; redire enim tenetur, si constiterit maritum animum mutasse. Simili modo etiam subditi fugere nexuque suo solvi possunt, si constiterit de constanti odio Principum suorum, reverti verò debent si animum mutaverit. Fallit vero in Exulibus reversio, licet etiam Rex fidem det, si certus subsit metus.

XIII. (II.) Si Civitas venerit in potestatem hostium ita ut resisti eis non possit, intelligitur is qui prius summam habebat Potestatem eam jam amississe, & vinculum dissolutum. Cives enim cum omnem conatum fecerint, ne in manus hostium venirent, pacta quæ inierunt singuli cum singulis, de obedientiâ præstandâ adimplerunt. Et quæ promiserint postea victi, necis vitandæ causâ, ea quoque ut præstent, omni conatu laborandum est. Quod verò singulis non tantum Civibus, sed & integris urbibus ac provinciis licere, quando alia salutis expediendæ ratio non apparet, in propatulo est. *Hobbes. de Cive. cap. VII. §. 18. Dn. de Pufendorf. lib. VIII. cap. XI. §. IIX. Grot. lib. II. c. VI. §. 5.*

XIV. (III.) Si certus numerus Civium, abs sua Civitate propter injuriam alteri Civitati illatam dedatur, ne ob istud factum bellum moveat. Unde quæstio oritur, in *l. 17. ff. de Legation.* An qui à sua Civitate deditur, ab altera verò non receptus sit, in illa Civis maneat vel non? Negativam tuebatur P. Mutius, quia quem semel populus jussisset dedi, ex Civitate videatur expulisse, sicut faceret si aqua & igne interdiceret. Alii tamen mitiorem sententiam eligebant, hoc argumento inter alia usi: Nihil videri traditum esse, quod ab eo cui traderetur receptum non foret. *vid. Pufendorf. d. loc. §. 9.* hac in quæst: distinguentem. Ex dictis hoc sequitur, si deditio sit acceptata, & postea aliquo casu dediti in Civitatem revertantur, Cives eos non futuros, nisi ex novo beneficio. *vid. l. 4. ff. de Captiv. & postlim. revers.* Cum jus Postliminii

illis saltem profit, qui sua Republ. s. Civitate invita in aliorum potestatem venerunt, non quos ipsa Civitas ultrò tradidit.

XV. Vela jam contraho, nec verfor diutius in re tam spinosa, ardua & plena periculi. Fateor lubens, plura in hoc nobile argumentum adduci potuisse, & illa quæ adducta sunt, limatiora & politiora esse debuisse; sed penuriæ ingenii, temporis & librorum hæc indulgenda. *Cætera verò humanitas Tua L. B. supplebit, dum vides mentem saltem fuisse materiam disputationis in apricum proferre, sicque Moribus Academicis satisfacere; candida censura me lubens subjicio, & meliora docentem semper promptissime sequar, Nobilissimamque hanc materiam, aliis, qui me longis parasangis eruditione antecellunt, pro dignitate, elaborandam, relinquo. Quod si non omnino nihil prestitisse judicabor, habeo de quo mihi gratuler; Si autem nihil, nihilominus letus ero, & fortunati successus frustraneam spem honesti conatus gloriâ solabor. Quamvis verò hæc spes in tam sublimi Themate me huic imparem deferere facile potuerit, non tamen de bono apud Bonos favore dubito. Quorum iudicio*

In Magnis voluisse fat est.

S. D. T. O. M. G.

COROLLARIA.

1. **L**eges in Corpore Juris Civilis contentæ, non aliter vim obligandi habent, quam ex receptione.
2. Reddenda est eorum quæ à Majoribus constituta sunt Ratio, vel non sequenda.
3. Nam non admitto legem, quæ destituitur ratione.
4. Nec verum puto esse *ſcicum*, qui neglecto jure divino, solum secundum Leges Humanas judicat.

5. Promul-



5. Promulgatio est de essentia Legis.
6. Jus Natura verbis Apost. Pauli ad Rom. I. potest defini, quod sit illud, quod Deus inscripsit cordibus nostris.
7. Matrimonia Fratrum & Sororum non sunt contra jus natura.
8. Pater tenetur dotare filiam locupletem.
9. Legatum relictum sub Conditione, si mutaveris religionem non valet.
10. Rati habitio Liberos antea natos facit Legitimos.
11. Testamentum inter Parentes & liberos non nisi per aliud solenne potest revocari.
12. Fidelitas potest abesse à Feudo.
13. Filius, ad Feudum cum hereditate Paterna repudiatum, à Principe noviter admissus, illud tanquam novum possidet.
14. Pactum de viventis hereditate, cum neque pietati, neque bonis moribus, sit contrarium, cur illud tam severe prohibeatur, Jure Civili, non video.
15. Ut quis Judex sit in propria causa, non tam pietati & Justitiae, quam Moribus & corruptis Hominum affectibus repugnat.
16. L. 48. de V. S. exaudienda, de illis qui nullo modo in jus vocari possunt.
17. Jctum etas neque Juvenilis excludit, neque senilis facit. Nerva filius enim anno 17. vel paulo majori publice de Jure respondit. L. 1. §. 3. de Postul.
18. Ampliandum assertum Imp. nostri in §. ult. I. d. oblig. quod prater illos quatuor fontes, quedam oriantur ex equitate naturali.

F I N I S.

**C**onjugium populi sancto cum Principe tractas;  
Portendit festum Conjugiale Tuum.

Nunc cum Justitiâ, mox & cum Virgine pulchrâ.

Cur Tua non virtus carpat utrumque Decus?

Grator Conjugio, quo Jus Tibi perpete lauro,

Quove decus jungas, Quo charitumque Tuam!

*Ita Nobilissimo Dn. Candidato CLEMENTI BERG  
viro & eruditionis gloria & morum animique ele-  
gantia juxtâ conspicuo amica mente manuque meri-  
tissime applausit,*

**WILHELMUS CRUSIUS, JG.**  
& Antecess. Prim. Univ. h. t. Rector.

**C**onjugium, BERGI, populi cum Principe, trahas,  
 Illius & Vires ingeniumque doces.  
 Maeste animo tali, Vir Consultissime. Verum  
 Quid Tibi pro tantis quid voveam meritis?  
 Scilicet ut Princeps cito conjugalia Tecum  
 Vincula, mi BERGI, copulet arcta. Vale.

*Meritis & Honoribus Nobilissimi & Consultissimi D. Docto-  
 randi, Conterranei & Convictoris amantissimi, Viri Con-  
 summatissimi, ita prolixo animi affectu applaudit*

HENRICUS HULSIUS, Sacrosanctæ  
 Theologiæ Doctor & Professor Ord.

H I P P O N A X,

Ad

*Virum Nobilissimum, Consultissimum atque Pereximium*

**DN. CLEMENTEM BERGIUM,**  
**J. U. DOCTORANDUM,**  
 De Conjugio Principum cum Subditis inauguraliter, sed  
 & omnium cum applausu feliciter, disputantem.

**D**Evota Phœbo pande, pande, cortina  
 Dios recessus! Tuque, noster Hipponax,  
 Si noster es, caloribus ministrare  
 Memento nostris impetus sacros, quando  
 Meritum capeffit pulpitem triumphator  
 Duri laboris BERGIUS: Maritatum  
 Thesi erudita inauguraliter monstrans  
 Inauguralis ipse Principum abstruse  
 Cum subditis conjunctionem. O illustre  
 Generosioris Illius genî scriptum!  
 O arduum thema, BERGIO meo dignum,  
 Et Bergiana dote! Tertium risit  
 Vernale nobis Pascha, quod Vale nobis,  
 Amice, dixti: triste quod Vale BERGI  
 Vale, Vale, resonavit Echo, & Hipponax

Tibi

Tibi noster inter spem metumque suspensus  
 Succinuit illa amicus: *Tibi in parte*  
*Respublica est credenda. Fretus his spebus,*  
*Dimitto Te: ast agerrime. I tamen quo Te*  
*Virtus & ardor raptat. I: Redi felix.*

*Offert paratque lauream reventuro*  
*Doctōris Academiā Brandenburgensis,*  
*Solinga myrthus. I, redi: Vale, Salve.*

Hæc tunc amanti una vota Scazontis,  
 Animique nostri. Lipsiam placet primum  
 Lustrare, cultam Lipsiam, tuis BERGI  
 Dignam Camœnis cultioribus sedem.  
 Sed nesciebat indoles tua, ardentem  
 Maresque detinere spiritus longum,  
 Aut destinare Lipsiæ unice totos.

Annale tempus labitur. Fave Brenno  
 Sanctumque clementissimus profecturo  
 Extende sceptrum BERGIO, osculaturō  
 Reverenter omnem Brandenburgici excelsum  
 Throni decorem. Tuque Francofurtense  
 Fave Lyceum. Tu insimul fave Astræa:  
 Fave Minerva: utramque enim salutare,  
 Utrique totum mancipare se heic gestit,  
 Natus, Minerva! corculum tuum, Astræa!  
 Eximius ille BERGIUS! Sacrum, sacrum antestor  
 Juris Sacerdotum ordinem: Sacram antestor  
 Diæ cathedram Pallados, quam inexhausti  
 Ardoris ille BERGIUS, Solingani  
 Certissimum soli decus, verecundo  
 Personuit ore, ditibus Magistratus  
 Politica pandens jura & indolem chartis.  
 Stupuit Viadrus BERGIUM deamavitque,  
 Suoque destinare subditum Augusto  
 Non est moratus BERGIUM. Velint fata!  
 Faxit Deus! Saltem auguror reorque istud  
 Et opto. Nam quid obstet moreturve  
 Meritissimum caput? Si amoris errore

I

Quod

( Quod non puto ) me judicare quis cenſet,  
 Pro me ( licet ) loquatur alma Cartorum  
 Doctæ palæſtra mentis, illa Marburgum!  
 Denudet animi conſcientiam, illius  
 Certiſſimum columeſ decuſque ZAUNſCHLIFFER!  
 ( O dulce nobis nomen, atque huic ſæclo,  
 Amoribusque debitum nepotinis! )  
 Acceptus omnibus bonis probiſque, Haſſæ  
 Qui poſſit eſſe exoſus indoli? Cuncto  
 Qui placuit omniſ ordini eruditorum,  
 Qui diſplicere poſſit antelaudato  
 Themidos Sacerdoti? At domeſticum expectat  
 Quis teſtimonium, exteræ fides famæ  
 Subleſta ſæpe cum ſit? Ad Facultatem  
 Triumviralem provocare Conſultorum  
 Juris licebit, inclutumque Duisburgi  
 Tuto Lyceum, quod Te, Ocelle amicorum,  
 Tot novit annis, totque amavit. Ah BERGI!  
 Ego te intus & ( ni fallor ) in cute hac parte  
 Noviſſe poſſum, aut debeo. Meæ dextræ  
 Qui te tot annos credidiſti & auditor  
 Meus eſſe geſtiſti, ut omne me fido  
 Duce vel comite luſtraveris boni ac æqui  
 Pomcerium. Juvabit & juvat, BERGI,  
 Meminiſſe te meum fuiſſe. Quid dico,  
 Fuiſſe? O abſit, abſit: Es meus, BERGI,  
 Amice BERGI, adhucdum: erisque idem porro,  
 Sed non ut olim Auditor atque Reſpondens,  
 Sed nunc amicus atque candidus Fautor.  
 Audite, Terrarum Dii, ſi adhuc merces  
 Virtutibus conſtat ſua, eruditorum  
 Laurum, coronam, præmium Hic prehenſabit.  
 Doctoris iſtud quod capeſſit heic culmen,  
 Non eſt niſi gradus ad altiora. Sic ſpero.  
 Scazontis hæc compendiarieſt, BERGI.

L. M. Q.  
 A. A. PAGENSTECHER,  
 JC. Anteceſſ. Ord.

NOBILISSIMO AUCTORI CANDIDATO S.

BERGI Legiferæ delictum Deæ,  
 Idem Castalii delictum chori,  
 Nec non flos Juvenum Mercurialium,  
 Qui dextra Themide & lætus Apolline,  
 Chartis ingenii testibus incluti,  
 Quod nec Fama tacet nec fuga temporum;  
 Pulcris auspiciis, conjugii pio  
 Connectis Populum fœdere Principi;  
 Ut certat Themidos laurea nobilis  
 Altis ingenium Montibus altius  
 Nunc olim-meritis tollere honoribus;  
 Sic Regina Paphi myrtea vincula  
 Nectet temporibus blanda Venus tuis,  
 Nympham pro meritis junget & auream,  
 Idæ Numinibus Dardanius Paris  
 Quondam prætulit quam Tribus unicam.  
 Fortuna Attalicis conditionibus  
 Terrarum Dominos Te vehet ad Deos:  
 Sic gratus Populis, Principibus, Deo,  
 Astrææ, Veneri, gratus Apollini  
 Sublimi feries sidera nomine.

CLEMENTI BERGIO,

*E Montibus Solingano,*

Cui non sine omine,

Charites ad Fontem Lustricum indiderunt prænomen,  
 Quod Morum suavitatem dulcedinemque spirat;  
 Musæ a Monte suo donavere cognomen gentilitium,  
 Cujus Pegaseo fonte non leviter ora proluit;  
 Apollo Montibus gaudens *Montes* patriam indulfit,  
 Ut excellentem ad summa indolem extolleret;  
 Armata Pallas natale solum præstitit Urbem,  
 Eruditam poliendis armis artificem,  
 Donatura Reip. Literariæ politum hoc limatumque ingenium:

I 2

Quem,

Quem,

Cum discendi cupiditas sola sit optima vivendi ratio, \*  
 Clivienfes Athenæ ad Rheni Rhuræque confluentes,  
 Lipsiense illud Saxonie Eruditæ Prytaneum,  
 Francofurtensis ad Oderam celeberrima Academia,  
 Illustris apud Cattos ad Lanum Musarum sedes  
 Majoribus solidæ Doctrinæ Mysteriis plane imbuerunt:

Unde,

Quia Virtutum Præmia merentibus tribui convenit, \*\*  
 Morum elegantia & candore omnibus Bonis commendatissimo,  
 Ingenii laudibus florentissimo,  
 Rerum Civilium accurata peritia instructissimo,  
 Juris scientia non vulgari tincto,  
 ASTRÆA ELECTORALIS BRANDENBURGICA  
 pro Tribunali Teutoburgensi  
 Meritissimam summi honoris lauream

L. M. D. D.

HENR. CHR. HENNIN, D.  
 Historiar. Eloq. & Græc. Ling. Prof. Ord.  
 Philosophici Ordinis h. t. Decanus,  
 Amicitie, Benevolentie & boni Ominis ergo

H. M. P.

\* Pomponius JC. lib. VII. Epistol. in L. 20. ff. de fideic. libert.

\*\* Imp. Arcad. & Honor. & C. Valent. in L. 4. C. de Stat. & Imag.

Nobilissimo atque Consultissimo Viro,

DN. CLEMENTI BERGIO,  
 nuper Convictori gratissimo,

Nunc vero felicibus Studiorum in Stadio certaminibus, *Sum-*  
*mmum J. V. verticem & Brabea* adepto Παγκρατιαστή,  
 hæc ad *Numeros & Dialectum Pindari* succinitur

Ω Δ Η.

εροφή.

Εὐρυμέδοισα πάλαι Ἑλλάς μάκαιρα,  
 περψινόων τινι ἔργων τυ μάλα

Θυμὸν

θυμὸν ἄφραναίς σπο τὸν μέγαλαυχον;  
 ἢ ῥαὶ Ὀλύμπια ἀντείλας μεγά-  
 λη ζυὸ Νεμέοισι Διὶ;  
 ἢ τὰ Φοίβω Πύθια χρυσοφαρέτερα; κυανῶ  
 ἢ Ποσειδῶν Ἴαθμια;

ἀντισροφή.

ἀλλὰ πρὸς ἀέθλας σφῶν ἠδ' ἐπαθλα,  
 καὶ σέλινον κ' ἐλαίαν καὶ δαφνίδ' ὄ-  
 νηαι, ὡπῆ' ἀμὰ ΘΕΜΙΣΤΙΑ πόσον

φέρτερε τῶν γε ὄσω γὰρ ὠρεθνός,  
 ἀσχοιο νόθ' λιπαρῆ.

πεντάθλας μὲν Παγκρασιασῆς ἀγῶνι ζαθέω  
 ὄιεθ' ὄσας ἀσκεε

ἔπωδός.  
 κέρει Διὸς πάντων ἀρετῶν τροφίμου.

ὦ ΒΕΡΓΙΕ!

ὦ μὲν ὄρειε γένθ' καὶ τ' ὦ-  
 νυμα καὶ χείριτες! κύδους ὄρεθ'

τῆτ' ἀνέβας, εἴφανόν τε  
 τοὶ Φιλήσασ' ἀμβροσίον

χειλοῖν, ἔδω κάλλιπον ἐν ἄλλοις Θεαί.

τίς γ' ἐν κλέθ' τευ

ἀγλαίον ἀρμόξαι δαώσ;

εἰ Πίνδαρθ' ὦ μὲν ἐγῶν,

τλαίλω τυχόν. νῦν δὲ σιωπῶ.

*Ex affectus ingenui harmonia, muscos Da-  
 rium Modos, si typi suppetiissent, geniali-  
 ter etiam appositurus erat*

D. HUGUENINUS,  
 D. & P. P.

I 3

A D

AD DOCTISSIMUM

DN. CANDIDATUM CL. BERGIUM,

*Cum, ex Academia Francofurtana, Lipsiensi, Marpurgensi  
uti apes cum dulci mole redux, à Studiorum prima  
almaque Matre Academia Tuiscoburgensi Vir-  
tutis præmium, scilicet Doctoris Gra-  
dum peteret.*

**B**ERGI noster amor meumque pectus,  
BERGI nobilium decus Virorum,  
Et de præcipuis honor SOLINGÆ  
Stirpis Westfalicæ! boni Parentis  
Speratum columnen! Soli & Paterni  
Post hæc præsidium future BERGI!  
O quantum tibi legibus paratur  
Nomen! quis meritas tibi corollas  
Nectet? qui Studio severiori  
Illud quod Veteres habent tabellæ,  
Et quod Cæsarei novum labores  
Fecerunt, relegis libens, lubensque  
Scrutaris Barathri remotiora  
Gnavus Juridici, nihilque linqvis  
Intactum, gravibus minuta curis  
Miscens: Jurifona juvare lingua  
Sic Civem valeas tuum! SOLINGAM  
BERGI sic Patriam beare dulcem,  
Te quando reducem tenet QUIRITEM!

Inter arma sonitusque  
tubarum Scripsit d. 1.  
Maj. Moguntia.

L. M. Q. P.

ERN. CAS. WASSERBACH. JC.  
Illust. Com: Lipp: &c. à Consiliis, &c.



Kling = Gedicht.

Die gerechte Göttin Themis, welche Recht und Sitten haget  
 Und in Leutos alter Burg pranget mit so Tapffren Söhnen /  
 (Deren Lob die Fama selbst will bis an die Sternen thönen /  
 Denen Tugend / treu und fleiß / und gelehrtheit eingepräg't /  
 Welcher Nahm unsterblichkeit zu der Ewigkeit hinträgt;) /  
 Themis, sag ich / wolte jetzt ihrer diener fleiß betröhen /  
 Die mit längst verdienter Ehr sich nach Kunst und Weisheit sehnen /  
 Denen sie die Lorber-Kron auch schon würcklich zugelegt;  
 Sie ging dan auff ihren Berg / wo der Ehrentempel stehet /  
 Der mit seiner hellen höh' bis ans dach der Wolcken gehet /  
 Bracht auch dir mein Wehrster Freund / die verdiente fleisses-kron /  
 Und es sprach ihr holder Mund: Nehme hin von Hertz und Händen  
 Diese Kron / womit ich dich gänzlich will an mich verpfänden /  
 Brauch sie glücklich / lang und wohl / du mein vielgeliebter Sohn!  
 Mit diesem unnetten Sonnett / wolte auß Treuester Wohlmet-  
 nung / dem H. Doctorando als seinem wehrtesten Brüderlichem  
 Freunde / die schuldige verpflichtung in etwas abstatten / und  
 sein auffrichtig Teutschgeneigtes gemüht bezeugen  
 JOH. THEOD. WEVER, Ein Märckischer  
 von Hersched / beyder Rechten Doctor.

Sitne decus dedecusve viro pallore micare?  
 Non rogo: Sed pallens num studeat vel amet?  
 Sic ajunt: Pallorque tuus Clarissime BERGI  
 Edocet hoc alios, egregieque probat.  
 Te studuisse & amasse diu Themis ipsa fatetur:  
 Conjugiumque tuum. Non Cytherea Venus.  
 Est tua Sponsa Themis, sed tanto digna marito:  
 Conjugium felix! Plaudite Pierides!  
 Tu vehementer eam dilexisti, ut ameris ab ipsa:  
 Lauruque illa tuum cingit Amice caput.  
 Splendet Amor, radiat studium: Venus ignea tecum  
 Ut subeat casti debita jura tori  
 Quærit. Et His placidis feliciter utere Nymphis,  
 Ut vigeant Montes Vitiferumque Nemus.

Paucis hisce Nobilissimo ac Consultissimo Dn. Doctorando, prospera  
 quævis apprecari, fraternumque amorem quadantenus exprimere  
 voluit abituriens

GERHARDUS BASSE, J. U. D.  
 Iserlohnio - Marcanus.

**B**ergius Astrææ referans penetralia doctæ,  
 Bergius illustrans claro splendore Cathedram,  
 Bergius en callens legum recludere sensus,  
 Bergius en solvens abstrusa ænigmata juris,  
 Bergius alta loquens miræ moderamine linguæ,  
 Bergius insignis juris legumque peritus,  
 Bergius ad Summi properans sic culmina montis,  
 Carmina nostra petit; Nostroque est carmine dignus.  
 Carmina nostra petit Musæ Phœbique Sacerdos:  
 Carmina nostra petit Juris Themidisque Sacerdos.  
 Quis neget ò Vati Vates sua carmina quaslo?  
 At Themis eximios spondet Doctoris honores:  
 Et tum Doctori spondet mea carmina Musa.

H. HONN, Gymn. Duisb. Rector.

In Honorem  
 Nobilissimi Doctissimique Domini

C L E M E N T I S B E R G ,

P R O

DOCTORIS in U. J. GRADU

Publice Disputantis

Amici sui Fraternali ac Dilectissimi

Exiguam hoc Canere voluit

F E R D I N A N D U S S C H N U R ,

Padiborn. Westph. LL. C.

**J**ungit subjectos tua dissertatio cives  
 Principibus, JUNGETQUE Themis tibi BERGE Coronam.  
 Plus fortuna dabit; vitamque in Principis aulâ  
 Officio Junget digno, quod magnus AMICE  
 BERGE labor meruit. JUNGETUR Dextera fausto  
 Nymphæ Conjugio. Cœlorum Fata coronam  
 CONFUNGENT animæ. JUNCTUS sic optat Amicus  
 BERGE per æternum; non dissociabilis unquam.

Schuldigste

Schuldigste Ehren-Schriſſe.

**W**Er in der klugen Welt wil Ehr und Ruhm erlangen /  
 Dabey auch glücklich ſeyn; der muß / wie wol bekant;  
 Kein feind ſeyn groſſer Müß / ein groſſes unterfangen /  
 Und machen ſich bey zeit auß ſeinem Vatterland;  
 Gang klüglich und mit fleiß muß er die Welt durchreiſen /  
 Mit groſſer freudigkeit durchrennen manche Bahn /  
 Und ſo vernehmen / was da hohe Geiſter preiſen /  
 Wie Er / mein Wehrſter Freund / mit Ehr und Ruhm getahn.  
 Er hat das Edle Recht auß mancher Blum gefogen /  
 Dieß iſt der rechte Weg / der zu der Ehre führt:  
 Daß Er die Muſen Sig' in Teutſchland durchgezogen /  
 In allem ſeinem Thun man dieſes trefflich ſpührt.  
 Er hat ſich ſolche Wahr ganz löblich zugeleget /  
 Die nicht geranbet wird; Mit keiner Zeit vergeh't;  
 Ein jeder dieſes ſieh't / der Seine Schriſſe erweget /  
 Darinnen Fürſt und Volck ganz schön verknüpſet ſteh't.  
 Wie manchen klugen Mund der Groſſen Rechtsgelehrten  
 Hat Er / mein Liebſter Freund / mit groſſer frucht gehört /  
 Die da durch ihre Kunſt nur ſeinen Fleiß vermehrten /  
 Durch keine Eitelkeit ward Er hierin bethört.  
 Darumb empfangen nun / zum Wohlverdienten Lohne /  
 Die Höchſte Doctor-Ehr / der Tugend rechten Sold.  
 Die Themis wartet Dein auff ihren Guld'nen Trohne /  
 Warumb verziehſtu doch / Herz BERG / Sie iſt dir hold.  
 Weil aber / Herzgens Freund / es zeit wird ſeyn zu ſchließen /  
 Und meine Schuldigheit ich nicht erreichen kan;  
 So bin ich doch gewiß / es wird Dich nicht verdrieſſen /  
 Ich bleib mit aller Trew Dir Ewig zugetahn.  
 Vielleicht läßt ſich wol bald der ſchöne Tag nun ſehen /  
 An dem Dich meiner Trew noch mehr verſichren will /  
 Nun unterdeſſen bleibt die veſte Freundschaft ſtehen /  
 Laß walten Zeit und Glück / und das in aller ſtill.

K

Von

Von ganker Seelen wünsch ich dir zu diesen Ehren!  
 Daß Gott dieselbe mög nach seinem klugen Raht!  
 Nach deines Hergens wünsch erhalten und vermehren.  
 Was fehlet dan nun noch? Ein Hertzgen / in der taht.

Dieses wenige hat dem Hochgelehrten Herren Doctorando,  
 als seinem Hochgeschägten und mit aller Liebe zugetha-  
 nen Brüderlichem Freunde / wolmeinend hinzu setzen  
 wollen

JOH: von LINE, Ein Bremer. LL. Cult.

*Meritissimis Honoribus Nobilissimi Domini  
 CANDIDATI.*

**B**ERGI, quem Pallas, Phœbus, quem Cœlica Virgo  
 Quem finxit sacra Suada polita manu.  
 Cui rident Veneres, queis pagina docta superbit,  
 Dum tractas summi fœdera Conjugii:  
 Principis & quæ sit nunquam temeranda potestas,  
 Obsequiumque pii Civis & Officium.  
 Quod Tibi cantabo merito jam carmen honore,  
 Cum tua Te virtus Sidera ad alta vehat?  
 Quantum inter valles tollunt capita ardua Montes,  
 Tantum Fama Tui surgit & ingenii!  
 Tu Fortuna fave! Conspirent omina rebus,  
 Et Te tergeminus provehat artis honos.  
 Plura quidem vellem: Sed præstat plura tacere,  
 Nam stupet ad laudes vena pusilla tuas!

*Hæc, Authori Doctissimo, Viro Nobilissimo ac Consultissimo  
 CLEMENTI BERG, pro Summis in Utroque Jure  
 Honoribus Obtinendis Fortiter Feliciterque certanti,  
 Honoris, Amoris & Fraternalis Bene-  
 volentiæ ergò*

*Ut potuit, apposuit,*

FRID. CHRIST, Hanoviens. LL. Cult.

**E**Xoritur formosa dies, nec gratior ulla,  
 Quâ vernum Zephyri ventilat aura Jovem.  
 Fructibus alma parens gravida est, & terra superbit,  
 Mistaque jam variâ Chloride prata virent.

Undique verna patent sylvosi tegmina *Montis*.

Nunc facilem Corydon Phyllida pastor amat.

BERGI, Virgineum calido sectatus amorem

Pectore, Sicelidûm pignora casta capis.

Nomine nempè tuo, ut *Mons es*, sic omine: quem si

Incoluère Dæ, quid vereâre mori?

*Hoc fluxâ pennâ perennantis amicitia monumentum*

*Dn. CANDIDATO, Amico ac Contubernali suo*

*integerrimo & suavissimo succinuit, erexit*

ISAACUS FELLINGER, Aquisgranensis, Med: Stud:

**K**Om soete Sangh-Godin, en help my waardig prijfen,  
 En vlecht voor mijnen Vriend de blyde Lauwer-Kroon,

Wiens onvermoeide Geest na hoogher Eer gaat rijfen;

Mits Themis hem betaalt de lang-verdiende Loon.

Mijn Stem is veel te swak, om sulx te doen na waarde,

Hier hoort een Pen gedoopt in Phœbus Hengste-Bron,

Die na den Hemel dringt van't laage dal der Aarde,

En over *Berg* en *Wolk* sig naadert aan de Son.

Dog daar de Daaden self het beste Vonnis spreeken,

Is't prijfen niet van doen, nogh 't slechte Rijm-Gedicht:

De *Bergen* sullen steeds door duist're Wolken breeken;

Om Sonne-schijn te sien en hoeft men juist geen licht.

Uw braav' en schrand're Geest, Heer BERG, en fraaje Seeden,

Uw Gaven des Gemoeds, en ongeveinsde Deugd,

Die reyken als een *Berg* ver boven laage reeden,

En ieder overtuigt, erkent dit met geneugt.

Uw onvermoeide Vlijt en 't yv'rig Boecken-leesen,

Uw welgemaakte Siel en soeten ommegangh,

Die sijn, *Me-Vriend*, aen my selfs staagh een Spoor geweest,

Een voorbeeld om te doen iets mede van belangh.

Ik volge vast van ver, gy stapt na hoogher Throonen,  
 En gaat met Lof en Eer de rechte Helden-baan;  
 Vrouw Themis wil uw Hooft met Bloem- en Lauwren kroonen,  
 Om dat ghy dapper bent in haaren Strijd gegaan;  
 Den Hemel gun U voorts een langh en g'lukkig leven,  
 Ten dienst van't Vaderlandt, van Onderdaan, en Vorst,  
 Wiens *Houwlyx-Band en Trouw* ons Uwe Blad'ren geven;  
 Soo hoese wort vergiert, als hoese word bemorst.  
 Vrouw Venus geef daar by een Rijke, Soete, Schoone,  
 Die uwe Naarstigheid gepleegt by Nacht en Dagh,  
 Met reyne Min en Lust by Dagh en Nacht beloone!  
 Het G'luk dat geve voorts al wat het goeds vermagh!

*Hier mede heeft aan sijnen vvaarden Contubernal en Con-  
 menfal, als ook hooghe-eerden Vriend, de Heer CLE-  
 MENS BERG, sijn geneegen hert betoonen, en de ge-  
 heugenis van getrouwve en onderlinge Vriendschap wuil-  
 len verseegelen*

CHRISTOFFEL WITTICH, Med. St.

**M**ilitat in campo miles generosus, & hostem  
 Non metuit dirum, Non Mortem, vulnera nulla  
 Curat: sed promptus cuncta est perferre patique:  
 Dummodo sit certus, sibi quod victoria lata  
 Certò sit tandem, post ultima praelia parta  
 Tu BERGI fortis, nunc juris praelia tentas;  
 Tuque cies bellum, ruis & jam promptus ad arma;  
 Ingenio pugnas: Bello sine vulnere bello!  
 Non Martis, verum Artis opus, sine clade futurum est:  
 Hinc laudes meritæ debentur; Gloria famæ  
 Debetur: Qualem Doctõri Juris & æqui  
 Confert alma Themis BERGI, lætus Tibi plaudo:  
 Et plaudam, cernens cinctum pia tempora lauro!

*Hæc deproperabat amoris Symbolo*

J O H. W U N D E R, LL. St.

Duisburg, Diss., 1661-99

(1)

ULB Halle

3

004 527 046



Sb

107







B.I.G.

Farbkarte #13

N. J. C.  
 INAUGURALIS  
 CA, 1692, 1  
 UGGIO  
 IPPUM  
 M  
 TIS,  
 DE  
 SIMO MAXIMO,  
 HORITATE  
 , ac Consultissimi  
 ORDINIS,  
 sti Electoris Branden-  
 Clivorum floret,  
 ATE,  
 ORATUS,  
 Honoribus, Privilegiis,  
 ajorum solenniter  
 idis,  
 examini subjicit  
 BERG,  
 NTANUS,  
 laji, horis consuetis.  
 RENUM,  
 , Academ. Typogr.  
 CII.

~~6.~~  
 23  
 18

